

Xa

4013

MATTHÆI GOTHI, F.
Cherusci,
Inclite Fami-
liæ Stolbergicæ
FRAGMENTUM.

Cui accessit
LUSCINIA HERCYNIO-POETICA,
Sive æolostichon libellus, puros ubi-
que versûs sine elisione exhibens:

*ODE item & ELEGIA quædam peculiaris:
nec-non corona laurea, &c.*

M.DC.



X X.

LIPSIÆ, Typis GROSIIANIS.

*Reverendo, pio & perdocto Viro,
D. Wolfgango Scribæ & Domi-
no, Affini & hæcæstori olim*



OTHONEM DE

Comite

Patricium sive sanguine Romani

nobilitate Germani Angli Inducentis

est nobilitatis causa. Quia in hunc

modum. Quia in hunc

modum. Quia in hunc

modum. Quia in hunc

modum. Quia in hunc

modum. Quia in hunc

modum. Quia in hunc

modum. Quia in hunc

modum. Quia in hunc

Q
t

P
n
ch
G
in
I



Inclitæ Familiæ Stolbergicæ

FRAGMENTUM:

Quæ Arbor, continuâ & ne semel in-
terruptâ quidem propagatione jam per
∞. XLVII. annos florens, radi-
cem habet

OTHONEM DE

COLUMNA,

Patritium sive è sangvine Roma-
no, sive è Germano (Autor in incerto
est) nobilissimum: qui ob CERVUM NI-
GRUM, circa Annum Christi D. LXVI.
in montibus Stolberg captum & JUSTINO
II. Imp. oblatum, consimilis formæ ac co-
loris animali (præter alia Silvæ Hercyniæ
beneficia titulumq; COMITIS)
donatus fuit in Clypeo.

Selectum, correctum & illustratum
dicatumq;

in arce Wernigerodanâ

A. C. ∞. I. C. CXIII.

prid. KL. IXbr.

A 2

Incli-



Inclitis ac florentiss.
Comitibb.

D. VVOLFANGO-GEORGIO
ET
D. BARBARÆ - MARIÆ :

Comitibb. Stolbergicis, &c.
SPONSIS generosis.
Domm. clementibus,

*animo humili ac
devoto*

à

MATTHÆO GOTHO,
Filio.

*Editio innovata &
aucta.*

BOTHO

1729

IO

Pa

no

ch

ca

re

re

re

IO,

THO



65X22



CO
I

7

m


C

d

f

L





BOTHO, *Alus frons*

Comes *Stolbergensis* &
Honsteinius :
Dynasta *Heringens.* *Kelbranus*
& *Werniger.*

HENRICI, qui *Honsteinium*, ar-
cem, ab *Othone*, D. Br. nactus A. C.
1456. F.

Natus A. C. 1467. quo inaugu-
ratur *Gandavi* à *Patris*, *Philippi*,
morte *Carolus Burgundus*, AUDA-
CIS & BELLICOSI cognomento au-
ctus, per q̄ *Georg. Benedictum* ad hanc
faciem decantatus :

Hannibal in castris, *Romanus* in agmine
Cæsar,

In pugnis *Macedo CAROLUS* unus erat.
In Comitib. Hollandia.

Ab Eberhardo, *Duce Wirtem-*
bergensium primo, * in *cujus Aulâ* ado-
lescens versatur, ad *justitiam* aliasque

*In Comi-
tiis *VVor-*
macianis
creato An.
Chr. 1495.

A 3 virtu.

virtutes enixè, velut à patre filius, &
compositè informatur.

Peregrinatum abit Hierosolymas.
A. C. 1493.

Redux è Palestinâ A. C. 1494.
Cingulo militari cingitur, Ordiniq; au-
ratorum Eqq. adscribitur.

Heros ad votum dexterrimus, &
propter singularem rerum successum
FORTUNATIS non nemini dictus:

Ad quem Uxor ANNA, PHI-
LIPPI ab. Epstein F. & Heres unica,
postrema ex Comitum Königsteiniorum,
Familiâ, dotis vice omnem attulit here-
ditatem:

Mortua eodem, quo Conjux, anno
1538. VII. Id. Sextil.

Mater speciosa fecunditatis, enixa

XIII. Liberos:

I. WOLFGANGUM,

Com. Stolbergium in Königstein,
Rutschefurt & Wernigerodâ:

Dynastam in Epstein, Mintzenberg,
Breuberg, &c.

Natum A. C. 1501.

Periculosorum juxtâ beatorumq; tem-
porum participem: horum in repurgatâ
per

Et

mas

04

au-

Et

m

II-

d,

m

ere-

nno

ixa

l,

rg,

m-

aa

per



pe
lo
da

ca
C

v
h

n
m

ca
M

ta
g

p

Σ



per Lutherum Evangelii doctrinâ: il-
lorum in motibus Germania variis ac se-
ditionibus:

In Bello rusticano ad oppidum Fran-
cusianum Internantii vicem nomine
Christianorum Principum non sine periculo
vitæ supplementem unâ cum Materno Ge-
hofeno, Adolescente originis animiq;
nobiliss. sed à cohorte tum furiosâ contra
militiæ omnem morem ac jus gentium,
crudelissimè trucidato:

J. Sleid. L.
5. Comm.
suorum,
& Alii.

Denatum Alsteti A. C. 1552. quo
Mauritius Saxo cum Sociis Francofur-
tum obsidet, & Georgius Megelbur-
gius tormento interficitur.

Conditum Stolberge in Mausoleo
prælustri inter Majorum cineres.

Σύζυγοι eius: { 1. DOROTHEA, Hul-
drichi, Com. Reinstei-
nii, F. ἀπαις.
2. GENOVEFA, Comes
Wedana: Ex quâ hi

V. Liberi:

I. WOLFGANGUS - ERNESTUS,

Com. Stolb. & Honsteinus:

Nat. A. C. 1546. prid. KL. Decembr.

A 4

In

*In adolescentiæ vere ac flore Aulam
illustriß. Wolfgangi, Com. Pal. Rhena-
ni, frequentavit; cumq; hujus Filio, Jo-
hanne. Georgio, regium deinceps Pa-
latium in Sueciâ; nec sine peregrinantis
fructû.*

*Patriæ communis dilitium, & non
verbo, sed verè CLEMENS.*

Apud
Tranquil.
in Tito,
Imp.

*Cujus imperare perseverans amare
fuit; quique gloriando Titî encomio,
NULLI CIVIUM QUICQUAM ADE-
MIT: ABSTINUIT ALIENO.*

Alexand.
M. in Q.
Curt. L. 8.

*Quas virtutes auxit aluitq; Subdito-
rum cultus & obsequela. Regum enim
Ducumq; clementia non in ipsorum
modò, sed etiam in illorum, qui pa-
rent, ingeniis sita est. Obsequio mi-
tiganjur imperia.*

*Musarum ultra fidem amans, &
Cheruscorum Mæcenus. Adeò Erudi-
tionis & Humanitatis individuum est
contubernium!*

*Bibliothecam reliquit & magno sum-
tû & exemplo Magnorum:*

*Fato suo functus A. C. 1606. IV. Id.
April. seu 10 April.*

*Wernigeroda sepultus in Æde D. Syl-
vestri, Non. Maji. seu 5. d. Maji. BO-*

m
a-
o-
a-
tis

m

e

io,

E-

ito-

m

um

pa-

ni-

&

idi-

est

um-

Id.

Syl-

Bo-

no
I
en
ha
tu
m
K
st
π
h
r
f
c



II. B O T H O.

Com. Stolbergius :

*Natus arduo, concitato, florido ple-
noq; spiritus ingenio IV. Id. Nov. A. C.
1548. qui Sigismundo I. Regi Pol.
emortualis.*

*In venatu, quo Celsiss. Princeps, Jo-
hannes - Georg. Elect. Brand. occupa-
tus erat, ab apro stratus, pulmones vehe-
menter lesit, phthisinq; inde contraxit.*

*Hominem exiit Quedlinburgi IV.
KL. Apr. A. C. 1577. Aetatis suae XXIX.*

III. J O H A N N E S.

Com. Stolberg. & Honsteinius :

Dyn. Epstein. & Clettenbergensis :

Nat. A. C. 1549. KL. Oct.

*Fato quopiam mixto & leta & tri-
stia passus :*

*Sed interim εν σήθεσιν έχων ταλα-
πενθεα θυμόν.*

*Frangi enim Patientiae virtus nescit,
humanae adversitatis efficacissimum du-
rumentum.*

*Siren illa Philosophorum, sive ut cum
J. Lipsio dicam,* Sipientiae ille pater ita
canit : Quid est gloriosius, quam*

A 5

iram

L. Annæ-
us Sen. L.
2. de Irâ
ad Novat.
*Epistola
ramCent.

IV. misc.
post. Ep.
X C.

iram amicitia (de JOHANNE hac substituerim : quam impatientiam tolerantia) mutare ?

Denat. Wernigerode A. C. 1612.
III. KL. Aug.

Sepultura ibid. traditus IV. Non
VI Ibr.

Ex ANGELA, Ux.

Dominâ generosâ in Butbus, phthisi
& morbo comitiali absumtâ A. C. 1598.

III. Mart. ternæ Sobolis parens :

1. ANNÆ - GENOVEFÆ,

Nat. A. C. 1580. III. Non Febr.

2. MARIÆ - MAGDALENÆ,

Nat. A. C. 1581. VII. KL. Xbr.

3. WOLFGANGI - GEORGI,

Com. Stolb. Wernig. & Honsteinii :

Dyn. Epsteinii, Larani & Clettenbergici :

Nati A. C. 1582. XIII. KL. Jan.

Clavo patriæ Reip. à Parentis obitu
admoti :

Sponsi hodierni : cujus matrimonium felix letumq; ac fecundum cum
Vitâ & Valetudine esto !

Huic, ò DEUS, da voto pondus !

IV. AN-

ib-
le-

2.

n

bisi
98.

hr.

i:
ten-

fan.
bitu

mo-
um

!
AN-

m
ci

qu
ge

m

K.

da

Jo

F.

au

IV. ANNA;

Com. Stolb. &c.

Nata A. C. 1550. V. KL. IXbr. quo
mense & anno Magdeburgum obsidione
cingitur.

Reverendissimi & illustriss. Collegii,
quod est Quedlinburgi, Decanatum
gerens:

Afflictorum refugium:

Egenorum subsidium:

Aegrotorum consilium ac persapè re-
medium:

V. HENRICUS.

Comes Stolb. Wernigerod. & Honstein.

Nat. A. C. 1551. prid. KL. Xbr.

Sublatus è vivis A. C. 1615. XV K.

KL. Maji.

Sepultusq; in Conditivo Wernigero-
dano XI. KL. Jun.

In cujus vixit consortio ADRIANA,
Johannis. Alberti, Com. Mansfeldii,
F. quæ Ilsenburgi hodiè vitali vescitur
aurá.

II. BOTHONEM,

C. Stolb.

Genitum A. C. 1502.

ολιγο-

ὀλιγοχρόνιον & vix VI. septimanarum
Infantem.

III. ANNAM,

Com. Stolb. Abbatissam Quedlinbur-
gensem :

Nat. A. C. 1504. quem nobilita-
vit cum primis Juliana, Caspar. Peutin-
geri, J. C. Filiola quadriennis, Maximi-
lianum I. Imp. AUG. qui Augustam
Vindelicorum intrabat, acclamatione
Latinâ excipiens ac Reipub. nomine
salutans.

Medullam castitatis, & Antistitis in
Virginali illo Collegio insigne spectamen:

Pontificiæ religionis expultricem, sue-
que Diœceseos per annos LVIII. altâ
cum laude rectoricem :

Expirantem placidè eo ipso anno Chri-
stiano 1574. menseq; Martio, quo Lu-
dovicus, Comes Nassoviensis, JULI-
ANÆ Sororis F. & Christophorus,
Palatinus Rheni, perièrè in Belgio :

Anno Ætatis LXX.

IV. LUDOVICUM,

Com. Stolbergium, Königst. Rutsche-
furtensem, Wernigerod. & Werthe-
mium :

Dynast.

rum

bur-

lita-

utin-

imi-

stans

tione

ine

itis in

men:

,sua-

altâ

Chri-

o Lu-

ULI-

orus,

:

utsche-

erthe-

dynast.

Dynast. in Epst. Mintzenb. Breub. & Aigmont :

In exemplum Herodi, fortis, sapientis, docti, eloquentis (addo & pii : quae fama fama omnis fastigium) omnino genitum A. C. 1505.

Trium Imppp. Caroli V. Ferdinandi & Maximiliani I I. Intimum, Legatum & Oratorem lectis.

Coram Elisabethâ, Angliae Regina, per integras duas horas negotia & mandata sua aliquando Latia Oratione explicantem : auditum ab eadem cum stupore, & sine pari in regno Anglico celebratum : donatum quoque vasis tot argenteis, quot ad apparatus regiae mensae aut convivii necessaria : salinis atque emunctoriis ex argento etiam additis.

Patrocinium atque ἐξέστυα Litteratorum ;

*M. Acontii in primis, Ursellani ;
C. Utenhovii, Gandavensis, &
M. Neandri, Silesii, Phythagoræ Ilfendensis.*

Moderatum denique Justitiae cultorem, Scitumque illud Afri non stilo aut ore, sed ipso corde & quotidianâ praxi usurpantem :

panem : UT NE QUID NIMIS.

*Vite renuntiantem Werthamii, ad
Mæni & Tuberi confluentem IX. KL.
Sept. A. C. 1574. Æt. LXIX.*

*Ex cujus Uxore, WALPURGA, Co-
mite Wedanâ, mortuâ A. C. 1556. se-
quentes*

III. Filia :

I. CATHARINA,

Marita facta { 1. Michaëli, Com. Wer-
themensi.
2. Philippo, Com. Eber-
steinio.

II. ELISABETHA,

*Ux. Theodorici, Com. Mander-
schetii.*

III. ANNA,

*Conjux Ludovici, Com. Leosteinii :
Dom. in Scharffeneck.*

V. JULIANAM,

Com. Stolbergiam, &c.

Nat. A. C. 1506.

Uxorem { 1. Philippi, Com. Hanaviensis
2. Guilielmi, Com. Nassovii
& Cattimelibocensis in
Dillenbergå :

Gnato celebrem, GUILIELMO Nassovio

is.
ad
L.
Co-
se-
er-
er-
er-
ii :
sis
vii
n
fo
ic

vic
tio
run
sed
tab

mò
eti
Pro
(vo
ad/
run

L
fir

ite
org



vio, Principe Urania, pullo illo Martio: cuius virtus bellica rerumq; gestarum gloria non Belgis solum & Hispanis, sed cuncta etiam Europa nota ac notabilis:

Quid autem celebrem Gnato? immo celeberrimam dixero. quid Gnato etiam? Gnatis, debebam, Nepotibus ac Pronepotibus: quorum in uno olim cœtū (volens ita vovensq;) ultra CXX. simul adspexit Heroïna. Carum profectò, at rarum valdè hoc ævo, spectaculum!

Obeuntem A. C. 1580. Ætatis verò LXXIV. qui fidem Sobolis numerosa firmat.

VI. MARIAM,

Com. St.

Natam A. C. 1507. quo Theologus item ac Princeps Anhaltinorum, Georgius:

Nuptam Cunoni, Com. Westerburg.

Denatam A. C. 1572. Æt. LXV.

VII. HENRICUM,

Comitem St. & Decanum Coloniens.

Editus hic scilicet in lucem A. C. 1509.

Homo, extra palpum, ab aureo ævo:

Extre-

* Od. 3.
Pyth.

*Extremè probus, extremè mitis, &
notabiliter (ex Lyricorum Phœnice*)*

πρᾶυς ἀσπίς :

*Constantiæ speculum & Candoris, sine
ullo simulationum involucro.*

Sleidan.
L. 10. 15.
& tribus
seqq.

*Hermanno, Archiepisc. Coloniensi,
Ecclesiam suam, conscriptâ Synodo, à sor-
dibus Papalibus repurganti, ideoque à
PAULO III. Farnesio, Pp. h. e. Pluto-
nis Vicario, Romam citato atque exau-
torato, obstinatè atq; enixissimè adhasit.*

*Nam fremat licet, ringatur, tonet,
fulguret, rumpatur Pompifex: conuo-
lent, inquam, Clerici, hæreant, subblan-
diantur, orent, obsecrent, obtestentur,
additâ spe etiam non exiguâ de successio-
ne Archiepiscopatus: HENRICUS ta-
men noster, in professione Evangelicæ do-
ctrinæ reverentissimè constans, amore,
fructû, honore isto Ecclesiastico carere
mavult, quàm velificari mundo mundi-
que immundi consecraneis.*

*Splendidum utique documentum,
quanto potior esse Pietas debeat sine Di-
gnitate, quàm Dignitas sine Pietate.*

L. 4. 6. 3.

*Ex eodem, inquit Valerius, naturæ
utero & CONTINENTIA nata est &*

CATO.

Co
,*)

line

si,

(or-

ve à

ite-

an-

esit.

net,

vo-

an-

ur,

Rio-

ta-

do-

e,

e

ndi-

n,

Di-

ira

&

ro.

CA
& C
LX
Co
tur

I
ni
X

V

U



CATO. Ego inquam: & CONSTANTIA
& COMES HENRICUS.

Obiit Idibus IXbr. A. C. 1572. Æt.
LXIII. relietâ ux. ELISABETHA,
Com. Gleichensi & Blancohæmiâ, na-
tura cedenti A. C. 1578. VI. KL. Quinct.
Sobole item quaternâ:

I. BOTHONE,

Com. Stolb.

Ad militiam Martemq, nato A. C.

1559.

Sed in Castris Mulheimii prope Colo-
niam ἀπώλετο καλὸς ἄδωνις. A. C. 1583.
XI. KL. VIIIbr.

Theocr.
Idyll. 23.

II. LUDOVICO-GEORGIO.

Com. Stolb. & Honsteinio.

Nato A. C. 1562. IIX. Id. Octobr.

E vivis Ortenberga sublato A. C. 1618.

VII. Id. IXbr.

Ibidemq, sepulturâ adfecto VI. Id. Xbr.

I. SARA, Comitiss. Mansfeldica:

Nat. A. C. 1564. XIV. KL. Sext.

Defuncta Honsteinii A. C.

Uxores } 1591. XIV. KL. Jan.

ejus: } Humata Stolberge A. C.

1592. prid. Id. Jan.

B

Qua

Quæ peperit HEINRICVM.
VOLRADVM,

Natum A.C. 1590. III. Id.
Quinct.

Celebrantem nuptias Schra-
plæ cum generosâ Virgine CA-
THARINA, Ill. Comitis Mans-
feldensis, JUSTI, F. A.C. 1619.
Idib. Junis.

II. ANNA - MARIA, Comes
Sylvestris & Rhenensis :

Nat. A. C. 1576. IV. Id. Febr.

Ex quâ

1. ANNA - ELISABETHA,
Nat. A. C. 1597. XV. Kl. Jan.
Denat. A. C. 1598. IV. Kl. Apr.

2. ANNA - HEDWIGA,
Nat. A. C. 1599. XVII. Kl. Maji.

3. JOHANNES - LUDOVICUS,
Nat. A. C. 1600. prid. Non. Apr.
Den. A. C. 1605. IV. Kl. Febr.

4. DOROTHEA,
Nat. A. C. 1603. III. Non. Aug.
Den. A. C. 1610. IX. Kl. Sext.

5. LUDOVICVS - GEORG.
Nat. A. C. 1605. IV. Id. Xbr.
Denat. A. C. 1610. V. Id. Aug.

6. ANNA

M.

Id.

bra-

CA-

ans-

1619.

mes

an.

pr.

Maji.

s,

r.

r.

g.

t.

15

10

.

NNA



6.

7.

8.

p
S

x

e

d

e

x

1

1

1

1

1

1

1

1



6. ANNA-AMELIA,

Nat. A. C. 1609. Idibus Mart.

7. ANNA-ELISABETHA,

Nat. A. C. 1611. Nonis Quinct.

8. ANNA-MARIA,

Nata A. C. 1613. VI. Id. Xbr.

Denata A. C. 1614. VII. Id. Jan.

III. ANNA,

Comite Stolb.

Natâ A. C. 1565. Initium tunc temporis faciente belli Ungarici Lazaro Suuendio, Barone ac Bellatore D. Maximiliani paratissimo, arcésq; munitiss. & dominia ampliss. Domini sui imperio &τυχῶς expugnante ac subjiciente.

Ad dignitatem, quæ Abbatissa est Quedlinburgica, evectâ & confirmatâ A. C. 1585. IV. KL. Febr.

E specû hoc mortalitatis ereptâ A. C. 1601.

IV. CHRISTOPHORO,

Com. Stolb. Wernigerodano & Honst.

Nat. A. C. 1567. KL. Xbr.

Virtutis compositæ atque & Duplîas humano quodam Zephyro : Typhi omnis ignaro :

B 2

Digno,

Digno, qui cognomen GRATIOSI
ferat. tanta,

Frontis, Cordis, Oris, Rationis & Ora-
tionis in eo μετερίότης favorabilis ac con-
spirans !

Marito HEDWIGÆ, Comitissæ
Reinsteinæ : quam duxit in arca Blan-
coburgensi A. C. 1592.

Ex quâ VI. Liberi :

1. HENRICUS-ERNESTUS :

Nat. A. C. 1593. XIII. KL. Sextil.

2. JOHANNES-MARTINUS :

Nat. A. C. 1594. prid. Non. IXbr.

3. CHRISTOPHORUS-LUDOVICUS :

Nat. A. C. 1595. IV. Non. Nov.

4. BARBARA-MARIA :

Nomine talis : virtute, vultû, gestû
insignite suavis & venusta :

Sponsa (uno verbo) παγκάλη :

In quâ nil Rhenus Mœnûsve, quod ab-
luat undis,

Inveniat maculæ. Plaude Cherusca Ve-
nus !

Antevenis sexum pretio, virtutibus annos:

Mantua quas patriæ Smyrnaque cantet
humo.

Nat. A. C. 1596. KL. Xbr. inter ho-
ras, 7. & 8. p. m die &

S. BOTHO

O S I

Ora-

con-

tisse

Blan-

:

extil.

s :

br.

s :

v.

gestu

:

ad ab-

ca Ve-

annos:

cantet

er ho-

OTHO

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



5.

6.

lip

str

lig

fu

st

qu

ti

ca

tu

sp

h

d

v

c



5. BOTHO-HULDRICHUS :

Nat. A. C. 1598. IV. Kl. Jun.

6. ELISABETHA :

Denat. A. C. 1612. prid. Id. VIIbr.

VIII. PHILIPPUM,

C. Stolberg.

Natum A. C. 1510. qui fatalis Philippo, Comiti Kirchberga ultimo, militi strenuo robustoq; : cui facile erat, parieti ligneo clavū ferreum solo infigere digito.

In adolescentiæ annis morte Rutsche-furti sublatum.

IX. MAGDALENAM,

Com. Stolb.

Nat. 1511.

Consortem Huldrici, Com. Rein-steinii; qui ex eâ masculos binos ternas-que fœmellas tulit; nec sine spe Prolis etiam sextæ : at miserè in alvo maternâ cum Matre extinctæ. Illud utique infor-tunium pausam stilo poscit ac velut re-spiratum.

Domus & arx est Blancoburgica : hæc sub noctem (dubium, ministrine in-dustriâ, an inertia aut casu) ex impro-viso incenditur. flammæ rabies in-crescit : omnia conclavia ambit, pene-

B 3

trat.

trat. nullus trita via exitus : nulla elā-
bendi occasio. scalarum gradūs exesi :
collapse trabes. vita sua consulturi, per
fenestras, per loca periculosa alia jam
jam se præcipites dare coguntur. Sola il-
lustris Fœmina cum Famulâ (casum mi-
serabilem! qui lacrimas audienti, nar-
ranti lamenta excutiat) herere, coan-
gustari, trepidare, consternari: inventa
postero die in complexû fide ministra,
flammis ambusta atque enectâ fumo,
A. C. 1546. XIII. KL. Xbr.

X. EBERHARDUM,

Com. Stolb.

Nat. A. C. 1513.

Königstein lapsû quodam exanima-
tam A. C. 1526. quâ etiam tempestate
Solymanus, Turca, ὁ τῆς Ῥόδου, Ἰερ-
αμβόλης,* res Pannonicas urgens, Lu-
dovicum, Vladislai F. Ungariae ac Bo-
hemia Regem, praelio superavit; in fugâ
inq; paludis lutulento gurgite percun-
tem A. Æt. XX.

* A. C.
1522.

XI. CATHARINAM,

Com. St.

Genitam A. C. 1514.

Conjugem

ela-
si :
per
am
la il-
mi-
nar-
oan-
enta
tra
mo

ima-
state
der
Lu-
ac Bo-
fuga
cun-

gem

gi

Æ
X

cl

pe
va
ro

qu
cl

re

n
li
t

a
q

c

Conjugem Alberti, Com. Hennebergii in Schwartzag:

Mort. XIV. Kl. Quint. A. C. 1577.

Æt. LXIII.

XII. ALBERTUM - GEORGIUM,

Comitem St. & Wernigerodum:

Nat. A. C. 1516.

Non corticem Satrapæ, sed planè nucleum:

Nestora Hercynium, ingenii öβειμοσύνης, altissimi consilii, facundie native vocisq; (ne ad gravitatem quid desit) robusta:

Visûq; & auditû juxta venerabilem quo præconio Filium Drusi, Germanicum, tacere noluit Tacitus.

Annal. E.
2. C. 72.

In Ungariâ adversus Turcam bis merentem:

Sereniss. Electorum Brandd. Joachimi II. & Johannis Georgi, in Consiliis & Legationibus per annos sanè multos Administrum:

Diana quoque Alumnum: sed animo ad Naturæ legem remisso; soluto nunquam:

Ideoq; Ludorum equestrium pertinacem ac summè peritum, Annuliq; aufe-

B 4 rendi,

rendi, qui hastâ longiore peti solet, non
sine admiratione (sed & Sociorum me-
tû) callidissimum:

Cætera, ἀγαπῆντο & felicem:

Ad extremum tamen Calumniæ te-
la immerenter expertum: (Nulla enim
tam modesta felicitas est: quæ mali-
gnitatis dentes vitare possit.) at Inno-
centiæ scuto gloriosè tectum & liberatû:

Val. Max.
L. 4. c. 4.

Lithiasi morboq; ætatis, qui senium
est, Wernigeroda absumentum A. C. 1587.
IV. Non. Jul.

Stolbergam celebri pompâ exporta-
tum III. KL. Sext. dieq; insequenti ad
suos collectum in Sepulcreto illustri.

XIII. CHRISTOPHORUM,
Comit. Stolbergens. & Wernig.

Nat. A. C. 1524. quo tempore dilu-
vium prædixere (ob inusitatam in Signis
humidis conjunctionem) Matheseos Pro-
fessores. id quod mutatum est in Bellum
rusticorum, diluvium propè cruentum.
Sacro Ordini se addicentem, omnis vitæ
aulicæ & pompæ negligentem:

Præpositi munus ac titulum in Æde
Halberstatensi ad ultimum usque fati di-
em præclarè sustinentem: qui fuit

V I. Id. Sext. A. C. 1581.

non
me-

te-

rim

hali-

nno-

atū:

um

587.

orta-

ti ad

IM,

dilu-

ignis

Pro-

ellum

um.

vite

Æde

ti di-

uit



LU



MATTHÆI GOTHI, F.
Cherufci,
LUSCINIA HERCYNIO.
POETICA,

sive

ÆOLOSTICHON

Libellus,

puros ubique versus sine
elisione exhibens :

*ODE item & ELEGIA
quædam peculiaris :*

nec - non,

CORONA LAUREA, &c.

MATTHÆIS GOTHIS;
Patre & Filio.

GOTHIS ingenium, GOTHIS dedit ore rotundo
MUSA loqui; GNATO Romula, Graja PATRI.

FRID. TAUBMANUS,
Humanitatis Prof.



MATTHÆI GOTHII, F.

• Cherusci,
LUSCINIA HERCYNIO-
POETICA,

sive
ÆOLOSTICHON
Libellus.

Ad Effigiem sagatam
HENRICI - JULII,
Episcopi Halberst.

D. Br. & Lun.
Principis inter Germanos magni.

JULIADES HENRICUS, Atlas Brun-
suigidos ora,
Singula quæ multi, cuncta vel unus habet.
Frons, Oculus, Pectus, Manus, Os, Mens spirat
in ipso

Tres super astra Deos, tresq; sub axe Viros:
Os Hermlw, oculus Martem, mens Pallada, pectus
Nestora, frons Marium, Priamideng; manus.

Dic,

undo
PATRI.


ANUS,
s Prof.

0

7

*Dic, ò JULIADE! nobis dic maxime
Princeps:*


DIVUS in humanis tun' spatiare viris?



A D E L I S A B E T H A M,
ex potentissimá Danorum Re-
gam familiâ:

Ducem Brunsv. & Lunab.

INDUE pro vittis galeam, regalis ELISSA:
Sic Oculis, Habitû Menteq, Pallas eris.



Ad ILL. Comitem,

D. J O H A N N E M :

Toparcham Stolberg.

IL L U S T R I O R E I S e c q u i s a u s i t H o s p i t e s
O p t a r e ? N a m c u m F I L I O , c u m F I L I A ,
E t c u m S O R O R E , c u m F R A T R I S N e s t o r e ,
Q u i F r a t r i s o s p e c t u s q ; , c u m q ; c æ t e r o
E q u e s t r e c u i m o n i l e , c o n t u b e r n i o
I n t r a r e p a r v a n o n g r a v a r i s c u l m i n a
T æ d æ ; S A T O R Q ; c u m S A T O d u l c i s s i m a m ,
Q u a m v o t a q u a m q ; F a t a m i d a n t , V i r g i n e m ,
E x Æ d e d u c i s . P o m p a n æ p u l c e r r i m a !

O Hospes

O Hospes ! è polo Jovem vel hospitem,
Præ te Philemon abnuat cum Baucide.

De Obitû ejusdem

ad

P A T R I A M :

OCCIDIT. heu ! Tuus occidit. heu ! PATER occi-
dit. eheu !

Occidit Hercynii Lucifer ille Poli :

Ille tuus, tuus ille Pater, Pater ille (quid ille ?)

Ille Pater patrii, patria turba, soli.

Aulica gens, fletu : fletu gens civica : fletu,

Magna minorq, tribus, magna minorq, domus.

Si cadit arx capitis : quæ vis aut robora membris ?

Arx cecidit capitis. membra quid ergò sumus ?

Languemus, vulnusq, sonis pioramus acerbis.

Suggestit interior queis alimenta dolor.

Nec tamen & Fato vanis obnitimur ausis,

Qui non insanâ mente manûq, sumus.

Et quid, homo ? calcésne ferox ad sidera jactes ?

Noo ita ! cede tibi non ita ! cede DEO.

Cede tibiq, DEOq, DEI celebranda voluntas.

Quod tibi cunque dedit, nonne reposcat idem ?

Parce tuis oculis, mea Patria : parce querellis,

Speq, novi lacrimas frangere disce Patris.

Ecce Patuis FRATREM ! GNATUM Patris ecce
vigentem !

Instar & hic Patris, Patris & ille tibi.


Illustre

O Hospes

Illustre Jugum Cervinum;
h. e.

ACCLAMATIO METRICA
super Nuptiarum solemnitate

Praelustrium ac florentiss. Comitum,
D. VVOLF GANGI-GEORGI
ET
D. BARBARÆ-MARIÆ:
Comitum Stolbergicorum.



PLAUDITE, plaudite, Pan, Dryades Satyriq₃ Cheruscum,

Estis & Hercynia quotquot in Alpe Dei!

CERVA datur CERVO: quo vix Titania lampas
Dulcius aethereo vidit ab axe jugum.

Qui Cervus? quæ Cervæ? Meis gens extera linguis
Adsuescat. Cervus Cervæq₃ dicta mihi

Heros Stolbergus Stolbergis & Heroïna:

Quæis sortem COMITIS Cervus habere dedit.

Fronte, minis, animo Mars est ac pectore Cervus:

Cervæ sed est oculis, crinibus, ore Venus.

Dicito, quisquis adest, decies, deciésq₃ voveto,

Quisquis adest; etiam (sic rogo) quisquis abest:

Hæreat ulnarumq₃ liget symplegmate Cervum

Cervæ suam, Cervam Cervus & ipse suam!

Gignere sit Cervi, Cervæq₃ sit adere Cervum;

Protegat ut patriam non nisi Cervus humum!

Quin

Quin etiam RUPES, Chalybis de monte recijas,
Cervini repetant restituantq; pedes!
Fiet, fiet, fiet, alunt presagia Vates.
Fallor? an in Clypeo jam quoque Cervus ovat?




Ad FRID. UDERUM,
V. Nob.

ILL. Comitum Stolberg.

CAPITANEUM

ET


INTIMUM.



DA faciem mihi quaeso tuam, Friderice dedisti?
Heu qui frontis honos! quantus ab ore lepos!
Quin pectus mihi sinde tuum, Friderice fidisti?
Quod vel cum niveo vellere certet, habes.
Sed mentis quoque solve sinum, Friderice solutus?
Hic Themidos proprium cernò Dicésq; torum.
At propius te siste gradum nunc fige. Profectò,
Singula dum lustro, tunc beatus homo?
Sanè. Nobilium te sanguis honestat avorum,
Quem claras studiis magnificásq; tuis.
Nobilibus nasci, laus ampla; sed amplior, ortum
Stemmaq; Palladiis condecorare sacris.

Elo-

Eloquium vocale tibi, vi maxima fandi,
 Impatiensq; doli Candor & alta Fides.
 Sub fidei splendore decem versantur in Aulâ?
 Vix unum videas, cui sit habenda fides.
 Extricas cautè contorta negotia caussa,
 Grassarisq; brevi Jus per utrunque viâ;
 ÆQVI nempe. simul Zephyrum qui spirat & Austrum,
 Jurisconsultum dixero jure malum.
 Lance probas Miseri fas & Felicis eadem.
 O nimium rari mōsq; tenorq; viri!
 Virtutum PIETAS caput & pes debet haberi.
 Te penes hæc Virtus. nec tibi plura cano.
 Tantùm pauca rogo, si res expendo ROGATI:
 At mea si reputo commoda, multa rogo.
 Perge manere meis posthac Suadela Camœnis,
 Meq; patrociniū perge fovere tuo.
 Est homini DEUS alter homo DEUS esto,
 DEOSQVE
 Qui Patriæ Patres, consiliato mihi.
 Sic niger erectis Cervus stet cornibus, atque
 Dulcia cum niveo fœdera jungat Equo!



Natalis CHRISTI,
 per bruta animalia divulgatus
 & Poëtice expressus.
 Ad Seb. HORNOLDUM, J.C.
 & P. L. Nob.

DUM caro fit Verbum, dum Virgo mater, itemq;
 Purus homo miro more modoq; DEUS:


Ecc

Ecce : Puer natus, collo Bos clamitat amplo,
Proxima robustis complet & arva sonis.
Hoc ubi Bos alius vigili procùl imbibit aure :
Π̄; ω̄; ω̄; Grajo mox rogat ore locum.
Dumq̄ canit tempus cristato vertice Gallus :
In Bethlem Bethlem, blæsa profatur Ovis.
Testibus at binis cùm res trinisve probetur,
Unius & dictis non sit habenda fides :
Alter adest præsto locuples quoque testis Asellus,
Gutturè qui pleno jurat & inquit : ITA!
Felix ò Partus, Bos, Gallus, Asellus, Ovisq̄,
Qui clarant genitum magnificantq̄ DEUM!



DE MAURITIO,
Landgr. Hassiæ.

AUREUS Hassiæ MAURITIUS annulus oræ:
Pura sed huic desit gemma LUTHERA FIDES.



Ad Sepulturam
GULIELMI BIRCKAVI,
V. N.

ACCIPÈ, quem Brevitas juvat & vis lactea Veri,
Lector, in hac tristi quis tumuletur humo :
Nobilium flos ipse virum : spectamen Honesti :
Mascula Candoris gloria : Pacis amor.

C


Vin,

*Vin', brevius dicam? Canæ Pietatis ocellus.
Verior aut brevior laus nequit ulla dari.*




Ad Elifabetham-Joannam,
Nob. è WESTONIIS Anglam:
Poëtriam L. Sponsam.

ELISABETHA, meis ipsum lac mëlq; Camœnis,
Regia cui socium dat modò Praga torum:
*Si flammæ animi lustro, si pectoris ignes,
Si faciem, mores, artis & ausa tuæ:
Angla, quid es? Multi multo quod carmine dicunt,
Undenis dicam vocibus ipse tibi:
Ore Venus, probitate Charis, ratione Minerva,
Linguâ Suada, bono Calliopéa metro.*



Ad Θεολογίας Χριστιανικῆς Κατήχησιν
L. Rhodmani.

AUTornat PIETAS, aut ARS BREVITASVE Libellos.
Hunc ornat PIETAS, ARS BREVITASq; Librum.



Ad PHILIPP. GALLUM, Theol.
Homilias suas Propheticas no-
væ Editioni parantem.

GALLE, Prophetarum vox interprésq; piorum,
Qui Zeio, celo qui Sacra plena canis:

E cathe-

E cathedra quondam speculâ que lemmata dixti,

Hec praeli nitidis vis iterare typis.

Laudo. Quid? extollo. Quid? honoro. Quid? omnia credo:

Semina nam diæ vera salutis alunt.

Ut citius vulges, precor ipse. quid ipse? profectò

Omnis Christicolûm turba precatur idem.

Fiat, fiat: & hic licet Orbis & Orcus & Ordo

Iste fremat RASUS, CALVUS & iste fremat:

Tu cane. Qui GALLUM non audit tanta canentem,

Audat is Stygium voce tremente CANEM!



AD HIERON. MEGISERUM,

P. CÆS.

Historiograph. & Philol. CL.

AN Linguae monstrum tu miraculumve? Pro-
fectò

Monstras mira meû, mi MEGISERE, metris.

Quam mihi donasti solidæ Pietatis amissim,

Sola vel eximium te notat esse virum.

Hic vox Hebræi, Graji Latiiq; nitoris;


Vox hic Germani, quo fruor ipse, soli.

Hic vox est Itali, vox Galli, voxq; Bohemi,

Quam claudit patriis Suetica terra sonis.

Si qua brevi poterit dici res carmine, dicam:

Orbis habes linguam; non MEGISERE, tuam.




C

ELOGIA

ELOGIA
Poëtarum aliquot Germanorum:
Monostichis expressa.

CELTES Teutonici princeps arbuscula Pindi.
CHUTTENUM Mars ense, metro cata Pieris armat.
Ἡλίον egregiè Μουσίων dixeris HESSUM.
Callida cordati captant cor carmina CORDI.
Ore Venus tereti, melicà Charis arte SABINUS.
STIGELIUM natura facit, non cura, Poëtam.
FABRICIUS fabricat divina melydria Christis.
Fragrant LOTICHII dulces vel ad oscula versus.
Surripuit MAIOR numeros animámq; Maroni.
Phæbus FRISCHLINI, FRISCHLINUS portio Phæbi.
Fingit epos funditq; simul REUSNERA poësis.
Musarum Phœnix vatúmq; melissa MELISSUS.
Smyrnæi RHODOMANA chelys chelyn æquat Homeri.
Tu quia, MEIBOMI? Latius mihi Pindarus esto.
Ἰαυμασός TAUBMANUS ἀνῆξ, hodiernus Apollo.
MARCULUS est asino, RUFUS par carmine porco.



Ad Eruditionis illud
Trifolium :

Josephum - Just. SCALIGERUM,
Justum LIPSIUM, &
Jan. GRUTERUM.

PRISCA probent, quicumque velint. nil abnuo verum.
Audiat hic Divus : audiat ille Deus.


Sit

Sit Plato vel Pallas : Cicero vel maximus Hermes :

Et Varro meritis sit vel Apollo suis.

SCALA Plato, LIPSI Cicero, GRUTEREꝯ Varro,

Hoc estis seculo Numina terna mihi.



Ad D. Andr. MANNERUM.

UXOREM MANNERUS HABET. Sic Littera dicitur,
STEINFELDI digitis Littera picta catis.

Non HABET, inquam, lapsus eram; sed HABEBIT, & ipso
Mense quidem Majo, n̄ mihi visus hebet.


Nunc ubi, Naso, tui nasus censuraꝯ vulgi,
Nubenti Majum quod putat esse malum?

O abeat vulgus! Vulgi quid larva? Profectò,
Qui Bonus & Bonitas, vult bona quæque DEUS.

ANDREA MANNERE, virum te Græcia fortem
Nostráꝯ Germanis cantat. ò esse velis!

Scande torum, nil Majus obest; nil Martius: atque
Te Martem Veneri junge probaꝯ tuæ.

Sol, visit Geminos Majo qui mense, Gemellos
Det tibi mox decimo mense. precórne satis?



De Georg. WINTERO, JC.

Com. Pal. Cæs. &c.

VER, Aestas, Autumnus, Hiems **VVINTERUS**
habetur

Ingenio, Studiis, Utilitate, Comis.

Sit

C 3

Memoria

Memoria encomiastica
super Obitu
MARTINI - GULIELMI
von Bircbau/Nob. Cherusci.

JACTET Equum Martemq; crepet, cui Martius ardor,
Spiret & innumeros gens Telamonis Avos.
Nucleus est Equitum, Pietas cui fervida cordi,
Quiq; colit sanctam non sine Pace Fidem.
Martinus - Gulielmus erat Pietatis alumnus,
Cumq; Fide Pacis cultor & hospes erat.
O Juvenis: tuus Ordo tibi Pietate juventam
Ostendet SIMILEM vix dabit ille PAREM.



Vanitas
humanæ operositatis.

EXTRIMOS, homo, curre gradû festinus ad Indos
Per mare, per scopulos, per mille pericula: doctorum
Omnia librorum rimare volumina: coge
Divitias Cræsi. superat quid denique?

CALVA.

Hunc Labor & Codex & Gaza relinquit honorem.



Ad ANDR. IVONEM,
J. U. D.
Amicum principem.

IVON

IV O, noster amor, quo me trahis impete? surgo
Totus & ad nomen letor ovoq; tuum.

IV O, mihi melos es, mihi mel, mihi moschus; in ore,

IV O, mel, in cerebro moschus, in aure melos.

IV O, tibi meritum DOCTORIS grator honorem,

Est dignata tuam quo Basilea Themin.

IV O, meum sidus, quo lumine luceo, crede:

Sum maneoq; Tuus: sis maneasq; MEUS.



Ad JOSEPH. GOEZIUM,
Gymnasiarch. Magdeburgicum.

DOCTE Josephe, quid hoc? tua quid mihi Littera?
tunc

Ausus Gymnasii sceptrum tenere novi?

Nec dum te crudæ lassavit rector pubis,

Rector, quæ magnos vel quoque lasset equos?

Quid Schola? Pistrini speculum, clamoris & antrum,

Quid Doctor? vivum penè cadaver; ais

Sudor inest capiti; cordi patientia; ventri

Pauperies; multus pulvis utrique pedi.

Intus habes vitulum plerumque forisq; Cuculum:

Ponè tumens Pavo Rhinocerosq; subit.

Sed bene: meq; tibi (quin & mihi) corrigo, tecum

Par modò qui stadium curro, nec ipse cado.

Quò gravius SCHOLA munus, eò quoque sanctius, atque

Primum quenque locum post Sacra quæque tenet.

Angelici res est studii, formare Juventam,

Ni doceas Artes, qualis hic orbis erit?

E A

Adde,


Adde, quod astrigeri vis dirigit omnia cæli,
Fatalémq; jubet quemlibet ire viam.
Prætor es? observa Præturæ munia. Rhetor?
Eloqui filium Rhetoricénq; cole.
Esto tuus, GOEZI, dium nec spernito Phœbum,
Tam benè Castalias qui tibi miscet aquas.
Vive valeq;, breviq; meis rescribe Camœnis:
GOEZIUS Hercynio LAURIGER ista Gotho.



De III. germanis Germaniæ
Poëtis,

P. LOTICHIO,
G. SABINO &
F. TAUBMANO.

TRES ego Germanos demiror amoq; Poëtas:
Hi sunt delitiæ (nil cano falsa) meæ.
Lac mihi LOTIHIUS lotóq; suavior omni:
Cui Puer & Juvenis mille vel oscula dedit.
Alter ab hoc dulci me pascit melle SABINUS:
Qui certet numeris, mustee Naso, tuis.
Tertius Aoniâ TAUBMANUS in arte triumphat,
A summis Latio farctus ad ima cibo.



In Obitu

CASP. MARQUARDI,
Orphei Hercynii.

DUM


DUM MARQUARDUS obit, Pan luget; plangit Oréas;
Terpsichore fractis collacrimat citharis.



Ad JAC. WONNAM,
V. R. & doct.

QUOT paginas, quot lineas, quot syllabas,
Quot litteras, quot puncta, cola, commata
Tuus, benigno quem mihi pro munere
Offers, Libellus continet lectissimus:

Canistra tot, cistasq; tot, perasq; tot,
Ollasq; tot, mulctrasq; tot, cupasq; tot,
Rhedasq; tot felicitatum comprecor
Gratissimo TIBI TUISQ. pectore.



Ad JOH. HUNDEMANUM,
Magisterii titulo Lipsiæ deco-
ratum.

ECQUID habes mitram Sophies? ita rettulit ille
AGRICOLÆ nobis ingeniosus amor.

Atque meres ita, Jane. tuum nam specto Vigorem?

Indolis egregiæ te reor esse typum.

Doctrinam? tranas animi pernicibus alis

Arduus Aonii nubila clara poli.

Quin & Virtutes? cordata Modestia sedem

In te, qui tantâ virgine dignus, habet.

C S,

Non

Du M


Non hos, non illos jactas sine pondere ventos,
 Nec te Magnificum Mirificumq; crepas.
 Hoc facit Hercyniæ Suffenus. is omnia prorsum,
 Quæ sunt, quæ non sunt, se didicisse refert.
 Ilica sub tiliçâ quid sit; quid Silica tica,
 Novit, & ex Veri lance probare cupit.
 Nuge! tu Tuus esto, tuæ virtutis amator,
 Atque maneto Tuus: sic quoque Noster eris.
 Adspice magnetem. vñ huic latet abdita, ferrum
 Quæ trahit; exterior nil sapit iste color.



Super improvise Obitû
 TAUBMANI, V. CL.

OH! vah! proh! sua fata (quid audio?) clausit Amicus,
 Mortales inter qui mihi SUMMUS erat.
 SUMMUS qui? TAUBMANUS erat, TAUBMANUS.
 Occidit Aoniæ Tiphys & alpha ratis! (O ille
 Da veniam, Lector. me nuntius externavit;
 Mutus & in saxi robora cresco

GOTHUS.



Artium anima & smaragdus,
 MUSICA.

ARTEs Phœbus Apollo rotans, Sint ANNULUS, inquit,
 Impleat & GEMMÆ MUSICA leta vicem.

Ad

Ad C. H. Sponsum.

PROFIT Conjugium profit: Me plura volentem
Nubilis ingenii jam tardat & implicat Auster.
At paucis quoque robur inest. Cape pauca; sed imo
Pectoris è risco, Fidei quem smegmate terfit
Officiosus Amor. Geminae post tempora messis
Luna dat, ipse canas ut voce tonésq; profundâ
BASSUM, Sponse Pater: sed Mater Sponsa TENOREM,
Filia DISCANTUM, moduletur Filius ALTUM:
Filius in gremiis, in cunis Filia, Mater
Et Pater in thalamis; merulae Pater instar, & instar
Turdelae Mater, philomelae Filius, atque
Filia fringilla. Quae Musa suavior? inquam.

De HULDR. HUTTEN O, EQ. & P. Franco.

PEGASUS HUTTENUM caelo spectabat ab alto:
Dignus hic, inquit, Eques, qui mea terga premit.
Nec mora nam Mortis sub imagine mittitur Hermes:
Is vocat & secum ducit ad astra Virum.

Ad Andr. J V O N E M, J. C. Sponsum.


VER, Aestas, Autumnus, Hiems certamina miscens,
Scilicet I V O N I qualia dona parent.
DET MITRAM, Themis inquit, Hiems Jarsve tiaram,
Aestas UXOREM det, Venus alma canit.

N 66

Nec mora. donat Hiems MITRAM, MARTHAMq;
dat Æstas,

MARTHAM, magnetem quam vocat IVO suum.
Quid Ver Autumnusq;? Refert hæc Juno: PUELLOS
Ver dabit: Autumnus sed cumulabit OPES.


ANDREAM, cui favit Hiems, cui favit & Æstas,
Autumnus faveat Ver faveatq; tibi.



De elegantiss. Epigrammate
D. JOH. RENTVIGI, JC.
in Obitum F. TAUBMANI,

Ad LECTOREM.

ADSPICE cantantem TAUBMANI funera Musam
Nomen & Autoris tolle. quis Autor erit?
Non BALDUS, qui Jura colit Legesq;, sed ipsis
Pastus in Aoniis ipse CATULLUS agris.



Ad MELCH. VULPIUM,
ill. Germaniæ Musicum.

SIT Pater ORLANDUS: VULPI, sis Filius. at qui
Haud raro superat Filius arte Patrem.



Ad VALENT. CREMCOVIUM,
Ecclesiasten & Poët. Magdeb.

CREM

CREMCOVI, mea cura, bono cui fidere mecum
Unum Velle dedit Nolleq; dulcis Amor :
Vestra quid inceptat Schola ? dic. facit illane, publi
Dux ut in Aonio sis Helicéq; salo ?

Sic factum. Gaudes ? merito. tua gaudia tecum
Gaudeo : conveniens nam tibi talis honor.

Natus es ad Musas : ad Musas natus es, inquam,
Certatim pectus quæ poliere tuum.

A quo ? nempe DEO. Quare disponit & idem,
Musicus ut subeas Musica castra, DEUS.

Scilicet officium studiis adipiscimur aptum.

Præficitur cannae Pan, sed Apollo lyrae.

Macte bonis animi ! cordatis macte Camœnis !

Jamq; potens duplici munere munus obi.

In Templo sacra Mysta doce Pietatis alumnos :

In Ludo Claras pande Poëta vias.

Quémq; domi premis, æde Librum : quo suavius, immò
Sanctius in terris haud opus esse potest.

DAVIDIS CITHARAM dico : quam rhythmicus ordo
Exprimit ingenii fertilitate tui.

Desine mi jactare tuum, Venus Itala, Flaccum

Qui cantat Psalmos, Flaccus hic iste placet.



De P. LOTICHIO,

S.

LOTICHIVS vincit tria, LOTON, LILIA, LAURUM :
MEL, LAC, THUS vincit carmine LOTICHIVS.


Ad

Ad CHRISTOPH. SCHLEUPNERUM,

S. Th. D.

Comitatûs Mansf. Episcop.

QUI tanto, SCHLEUPNERE, Gothum digna-
ris amore,
Quantus es, es certè nil nisi summus amor.
Divitis ingenii, quæ das mihi, munera testor;
Ac pro teste manum laudo citoq; tuam.
In Sacris quæcunque mihi Sacra fervidus optas:
Hæc opto multis ipse volôq; modis.
VELLE dat omnipotens. idem det POSSE: der, in-
Idem remigio vela Notumq; meo. (quam,



Ad MICHAEL. TRILLERUM,

J. U. D. Sponsum.

CARMINIS officio quid me, TRILLERE, fatigas,
Dum celebras socii mellea Sacra tori?
An non TAUBMANUM saturi tibi carminis instar,
Mantua cui Laurum Smyrnâq; nectat, habes?
Dixero TAUBMANUM, Musarum dixero Phæbum,
Regula qui Clario factus & alpha gregi.
Ille potest (quid dico, potest?) solet ille, quod omnem
Ad stomachum faciat, concinuisse melos.
Ille joci præstat Comum, gravitate Catonem,
Carminè Sirenas. Livor, abesto procul!
Fac, TRILLERE, novus siam TAUBMANUS, & adam
Quàm mox egregii lactea metra typi.

BA

HO

Hoc tamen addo : Tuæ cytissus sint ora Puellæ,
Tuq; petas cytissum grata capella tuum.
Dispeream, cytisso si quicquam dulcius isto :
Carpere quem cupiat Jupiter ipse Poli.




Ad Manes

Johannis - Georgi GODELMANI,

J. C. Com. Pal. Cæs.

Legati ad D. Cæsarem Saxonici.

AT si vel centum lacrimas gemitusq; resumam,
Egero quid lacrimis, optime Jane, meis?
At si vel centum numeros & carmina pangam,
Egero quid numeris, maxime Jane, meis?
Scilicet hæc rata Lex; Nasci, Languere, Moriq;
Alter jamq; præit, jam subit alter homo.
Pro LAURU, quâ me donas, tibi dono CUPRESSUM.
Quàm non speratâ dona rependo vice!
Det tibi pro Lauri foliis ac frunde Cupressi
Ille TONANS celsi fulgidaserta Poli!



DEUS ET SAXO

Lutheranorum præsidium.


EST DEUS in cælis, in terris SAXO LUTHERI
Anchora. Quid CALVO cum grege PAPA,
furis?

Ad

*Ad Henr. MEIBOMIUM,
Poët. & Historic. CL.*

QUAM vellem magmenta tuæ Virtutis & Artis,
MEIBOMI, numeris concelebrare meis!
Sed quàm foeta mihi, sed quàm mihi larga vo-
luntas:

Res mihi tam sterilis, tam mihi curta domi,
Et verò Solisne facem succendere nonor,
Si cano, Sol oriens quem moriensq; canit?



*Vita hæctenùs & Fata primaria
Auctoris.*

CUI mons pro muro, STOLBERGÆ debeo cunas:
Hinc in sex Clarios ordine mittor agros.
ISLEBIUM primus, mihi QUEDLINBURGA secundus,
AÛ HALBERSTADIUM tertius ille fuit.
VVALCREDRAM quartum, VVITEBERGAM prædico
Sextus erat Mysii LIPSIA culta poli. (quintum:
In quinto Laurus me GODELMANA coronat;
Addit & HILVVIGIUS festa brabœa Sophi.
Patria me teneram jussit formare JUVENTAM,
Et cum VVALPURGA consociare torum.
Post SOPHIEN mihi nata fuit soror ANNA sororem:
Martha fit hæc; studiis illa Maria pius.
Triplicet ut sobolem, partù VERONULA prodit:
Præco sub hac patrii sistor in Æde soli.
Fit quartum mea Juno parens, & MAGDALIN ædit.
ANNA, puellarum flos genialis, obit.

Quæq;

Quæq; sapit nomen VERONÆ, mustea proles
Occubat; ð violis gratior atque rosis!

A. C.

cunas) 1581. XII. KL. Febr.

prim.) 1594. Idibus Junius.

sec.) 1595. IV. Id. VIIIbr.

tert.) 1595. V. KL. Xbr.

quart.) 1597. Nonis Oct.

quint.) 1601. V. Id. Martii.

Sext.) 1602. IV. KL. VIIIbr.

Laurus) 1603. VI. Nonas Mart.

Sophi) VI. KL. Oct.

Juv.) 1605. IV. Non. Januarias.

cum WALP.) XV. KL. Sept.

Post SOPH.) 1606. XII. KL. Jun.

ANNA) 1609. XV. KL. Mart.


VERON.) 1614. XV. KL. Mart.

Præco) VII. Kalendar. Xbrium.

MAGD.) 1616. VI. KL. Dec.

flos gen.) 1617. X. Kal. Aprileis.

mustea prol.) prid. Non. Apr.



Ad J. CHRISTUM,
DEUM ET HOMINEM
Opt. Max.

AD Vitam Mortemq; tibi sum, CHRISTE, paratus.
Mortuus ac vivus sum maneoq; Tuus.

D

E L O

ELOGIUM SEPULCRALE
ANNÆ, Fil.

HIC amor ipse meus jacet ANNÆ, suavior Hyblā;
ANNÆ mihi geminis carior his oculis.

MEMORIÆ SACR.

ARSERAT in vivis ANNAM VERONULAM: quāmq;
Noluit in gelido linquere sarcophago.

Ad LAUR. RODGMANUM,
Germaniæ Homerum,
terris sublatum cælisq; assertum.

QUID primum promam? summum, RHODOMANE
quid addam,
Quo possim lethi dicere fata tui?
Exciturus eram Claras in carmina Musas.
Sed jam, dic, Musas quo rear esse loco?
Noster it in lacrimas Phœbus queriturq; relictus,
Musas in tumultum te rapuisse tuum.
At nil te laudem? melius, desistere laude.
Laus tibi, Laurenti, nulla sat esse potest.

Ad D. GEORG. SOLDENNERUM,
Sponsum.

DEBUI

DEBUERAM Clarii, fateor, tibi carminis æstro
Flammiferas adflare faces, dum scandit amicum
BARBARA, barbarie nusquam sibi conscia, lectum.

Sed tot hiulca viarum, sed tot & aspra rotarum
Dis - mihi - cusserunt cerebri vim disq̄ - sip̄arunt.

Vix datur, hoc Cypria melos ingeminare quod ille
Divitis ingenii quondam Geniūq̄ Poëta
Cantabat Nuptis : Non murmura vestra columbæ,
Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ !

Ad Reb. R I E D E N I A M,
TAUBMANI Clientam :
Sponsam.

TANDEM, tandem tot votis tibi terra petita,
Francica nuptura terra petenda tibi ?
Stat, fluitantia concutiens hinc indēq̄ lora
Automedon, acreis armat & acer equos.
Dumq̄ Vale repetis nostro, mea Virgo, Poëtæ,
Instar honorasti quem Patris orba tui :
Ista Poëtifica tibi porto viatica mensæ,
Pectoris in penitos quæ (rogo) conde sinûs.
Perge manere, quod es. Quôd nam ? Pietatis alumna.
Namque, Rebecca, tuo dos ea digna viro.
Ut summum decus esse togæ solet aurea torques :
Sic PIETAS summus virginitatis honos.

In Album

ANDR. J V O N I S, J C.

D a

QUIB

QUID GOTHIPETIS, IVO, MANUM? PETE PECTUS:
habebis.
Desine. jam - dudum, quod gero, PECTUS habes.



Ad Matthæum ZIMMERMANUM,
P. L.


CURTA pudet, sed longa piget tibi pangere metra,
Qui ploras viduum, care Poëta, torum.
Ob Laurum pudet: ob Morbum piget. Hactenus ægro
Vix licuit sacri munus obire Chori.
Detur Hygeia: dabo metra curtâq; longâq; Gothus:
Curtâq; ne pigeat, longâq; ne pudeat.
Interea sortem tolera, dantiq; Maritam
Atque repositenti cede valêq; DEO.



Ad THOM. SAGITTARIUM,
Philos. & P. Cæs. Prof. Jen.

THOMA, nobilium mere flos ac Dædale vatum:
Thoma cultorum fax nova luxq; Sophum:
Thoma, Salani clarissima pompa Lycæi:
Thoma, cor cordis delitiumq; mei:
Quæ cum vulnificis res est tibi, quæso, SAGITTIS,
Quæis armat nomen publica fama tuum:
Scilicet electi mensuram nominis imples.
Namque sagittarum dives es atque potens:
Quas nunc in Latias arces infigis & arcas,
Nunc & in Argolicas mittis anhelus opes.
Hacte-

Hactenus & penitus inhiasti Pallados antris :
Præda fuit Pallas facta sed ipsa tibi.
Sors tibi quod tribuit, multis hoc parca negavit.
Nam quæcunque petis cuspide mentis, habes.
Quisque sagittiferam laudatq; colatq; Dianam :
Non ego. te Thomam laudo coloq; meum.



Epitaphium.

J O D. B U C E P H A L I,

Civis Stolb.


annos LXXXII. nati.

QUI jacet hic, ferrum juvenis libravit & hastam,
Fortis in adversos movit & arma viros.
At verò Peccata senex & Tartara sensit :
Verbere quæ Fidei stravit & ense Precum.



Ad Bened. CARPSOVIVM, JC.

O Benedic, Benedicte, DEO ! benedictus es apto
Nomine, Mente, Libris, Corpore, Voce, Bonis.



Ad Georg. HOCHSCHILDIVM,
Styrum, P. Cæs. & Phil. Mag.

CINXIT odoratâ tua Phœbus tempora Laurû,
Dixitq; te Poëtam.

D 3

Acces-

Accessit Pallas magno nunc - nuper honore,
Dixitq; te Magistrum.

Quid restat? VIRGO, quæ sit pro tempore nupta,
Dicatq; te Maritum.

Quæ tria præponas tribus his ex ordine junctis,
VATI, SOPHO, MARITO?



Ad Thom. HECKHELIUM,
Danubio - Werdan,

de Emptione ac Vendit. disputantem.

VENDITOR ut justè, justè sua tractet & EMPTOR,
Exprimis eloquii fertilitate tui.

Quid dicam, Thoma, doctas qui natus ad artes,

Factus & es stomacho mèlq; merumq; meo?

Aurea Palladia dum congeris æra moneta,

Et Logico dubias discutis ense plicas,

Ac legis & relegis revoluta volumina Legis,


Constipans cerebri claustra recurva tui:

DOCTORIS docti palmam titulumq; mereris,

Quin & cordati splendida puncta SOPHI.

Hæc voveo, sed & addo: Tuum mihi perge favorem.

Vendere: perpetuum nam tuus Emptor ero.




DE GEORG. MYLIO, S. Th. D.
ad M. Sam. HAUNSCHILDUM.

QUAE tu sexcentis, vel sex ego dixero votis,
Dum luges magnifata suprema M R L I.


Huic

Huic sine nocte diem, vitam sine morte, quietem
Det sine sine quies, vita diésq; DEVS!



EQUES Christianus.

SVM Christianus Eques. sequar ut bona pravao
Est mihi calcar AMOR, sunt mihi fræna



Ad Georg. RICHTERUM,
Theol. Martispyrg.

JANI mène novas poscis, RICHTERE, Calendas?
Digner & has votis nobilibusq; modis?
Illa quidem facio (Quis enim Bonus abnuat unquam?)
Ac voveo vitæ plurima lustra tuæ.

Quin &, ne Mars Morsq; furat vel Mulciber igni,
Cum lustris pariter sidera fausta precor.

De metris: linguam jubeo calamumq; siere.

Nam quia me cultâ privat Apollo lyrâ,


Quid mea? Sunt apine. Tua quid? mera mella. Quid
Experis ipse foris, quæ tibi nata domi? (ergo)

Inclita dicta tibi Charitum sacra pompa ministrat:

Me tenet inculta simplicitatis amor.

Si tamen alternis stat ludere versibus: esto!

Do tibi sæpè meos; da mihi sæpè tuos.



AD JOH. RENTVIGIUM, Jc.
profundæ Eruditionis Virum.

D 4

QVA


Huic

QUAE tibi debebam, mihi tu solatia praebes,
Magne Vir, egregia qui pietate cales.

IGNATUS? Domini granum. Vin' condere terrâ?
Sic; ut supremo surgat arista die.


um factumq; probo. Nil lacrima prodest,
invidiaq; trahit saepius illa notam.

sunt cunque, libens sine poscere caelum,
IESAURUMq; dedit qui tibi, redde DEO.



DE J. LIPSI O.

LIPSIUS Ausoniae spectabilis unio linguae:
Hunc amat, Eloquii barbata quisquis amat.



In Sextam & ultimam Psalmorum
Davidic. Eicosipemptada
VALENT. CREMCOVI.

QUAS exhibes Camœnas
(Odas Davidis, inquam)

Non absque mentis astû :

Has, mi Valens, Camœnas

Legi, quaterq; multo

Cum sa vio relegi

Non absque cordis æstû.

Audi, Latina Siren :

Amabili probarum

Connexione vocum

Siquæque sunt canenda :

Mira-

Mirabili sacrarum
Complexione rerum
Sic quæque sunt colenda,
Ut gestiam fateri :

Si quis labor comantem
Potest merere Laurum :

Si quis labor beantem
Potest merere Lucem :

Hic hic labor profectò
Laurum meret comantem :

Hic hic labor profectò
Lucem meret beantem.



AD CATHAR. HEIDEN-
RICHIANAM.

MASCULA seu Virgo, seu vis audire Virago,
O Catharina, tuis vel Venus ipsa procis !
Corporis ut cordisq; tui specularia pingam,
Scilicet ille tui suadet honestus amor.
In malis color esto nivis cum sanguine. Pinxi.
Frontem claret ebur ; bella labella rubor.
Rara supercilii lænetur virgula sensim,
Et pudor ex oculis fulgura mittat. Adest.
Fac, decoret mentum quoque pulpa modesta. Quid ultra?
Nec minima nares sint nimiaq;. Vide.
Exuperent aurum crines & brachia cyncum :
Ornet & ambrosias lucida gemma manus.
Factum. Pinge pium casto nunc schemate pectus :
Adde sed & doctæ mentis & artis opes.

D S,

Pictum.

Mira-

*Pictum. Jam dic, quisquis ades, Spectator: An unquam
Effulsit melior virginitatis apex?
Cresce DEO: Tibi cresce: Tuis quoque cresce propinquis:
Doctrinâ claris æmula cresce viris.
Effice, te DECIMAM colat ut Germania MUSAM.
Pulcrior aut potior gloria nunquid erit?*




Ad Album
M. NIC. GOTHII, Fr.

HIC LIBER est arvum; GOTHUS arvi cultor; AMICI
Semen. sementim, quæ beet, opto bonam.



Ad GEORG. RICHTERUM,
V. R. & D.

INVIDVS es, raptam si possis ab æthere Costam,
Desine; quiq; Boni regula, cede DEO.
Vita quid hæc? Planctus. sed vita quid altera? plausus.
O cælum, salve! nos cape. terra, vale!



AD SIMON. JORDANUM,
Gedan. Pruten. P. L.

Aonii, JORDANE, chori sacra portio, doctam
Cui meritò frontem laureus ambit honos:
Sive tui lustro proceri corporis auctus:
Exprimis egregii pectus & ora viri.

Sive

Sive tui gusto vigilati Carminis haustus :

Exprimis eximium Vatis apuq; typum.

Sugis & exugis florum pernobile nectar,

Quo stipat Clarios magnus Apollo favos.

Respice te, sortisq; pati ludibria disce.

Auguror : invenient optima fata viam.

Qui pungit, DEUS est : DEUS est, qui vulnus inungit.

Hic tibi sanabit saucia quæque DEUS.



DE GEORG. WEINRICHIO,

Theol. Lips.

LIPSIÆ *WEINRICHIIUM* non sola tenaciter audit :
Audit & in cathedris terra remota suis.

WEINRICHIIUS, mihi WEINRICHIIUS (modò clami-
Materie, Calamo Disposituq; placet. tat omnis)




AD HENR. ECKSTORMIUM,

Mag. & P. Cæs.

Priorem & Paroch. *W*alkearedensem.

ECKSTORMI, *nucleum (quoniam tribus omnia*
prendo)

HISTORICI, VATIS, THEOLOGIQ; sapis.



AD D. JAC. WONNAM.


QUI *Polydorus eram, versû nunc Euclio dicor :*

Quodq; decem rogitant, vix duo Carmen habent.

Guttu-

Sive


Gutturis obturo cannam persæpè, cubanti
 Effluat in somnis ne mihi fortè metrum,
 Pars caussæ Phœbus, vili qui vilior algâ
 Temnitur, & merito cassus honore jacet.
 Est modò ludibrii nomen sannæq; P O E T A ;
 Nomen honestatis qui tamen antè fuit.
 Scilicet hanc labem Clario Babylonius infert,
 Qui lucro Daphnen prostituisse solet.
 Doctos-Indoctos nullâ discriminat arte,
 Et crines Flacci jam premit atque BavI.
 Juscula das? subito Laurum dat. oluscula? Lauro
 Cingere; sis & Eques, si cupis ire pedes.
 Heu mos! heu morbus! caveat nisi Cæsaris ales,
 Lauriger è silvâ quisque volabit Epops.
 Ut tamen ipse tibi Carmen pro Carmine reddam,
 Postulat hoc Æqui, doctè Jacobe, canon.
 Hoc, inquam, funus MANNERI postulat unâ:
 Quod tua mi querulo pectine Musa canit.
 Vivere dignus erat centum Vir lustra. sed atra
 Nil movit Virtus Ingeniumq; Deas.
 Robora membrorum taceo mentisq; vigorem.
 ANDREAS animo, pectore MANNUS erat.
 Ingressus thalami vix dum penetratia, dulci
 E thalamo tumuli pallida claustra subit.
 Adspice mortales: hodiè ceu lilia vernant.
 Respice; eras marcent, & quasi bulla ca-
 dunt.
 Vive, Jacobe, valeq; mihi diuturnior, atque
 TE qui credo MEUM, ME quoque crede TUUM.



Ad

AD JOACH. PRÆTORIUM,
V. CL.

TU quoque Leucoream dignaris carmine pompam,
PRIMIq; SÆCLI festa dicis JUBILA?
Nec tibi visa quidem, tibi nec, Joachime, videnda
Lux candido notatur abs te calculo?
Testaris memorem tali conamine mentem,
Matriq; gratus VVITTEBERGÆ diceris.
Nutrit illa tuum Phœbeo lacte cerebrum,
Ac litteratis expolivit artibus.
Gratia Discipuli gratum supereminet aurum,
Omneis & auro gratiores gratias.



AD LEONH. HÜTTERUM,
Theol. & Prof. Witteb.

TE vivum cernens, ego pictum cerno LUTHERUM:
EFFIGIEM (nunquid COR simul?) ejus habes.



AD MATTHIAM CUTENIUM,
Philosophiæ Mag.

PRODI. LAURUS adest, Matthia; quamq; capistras
Pectine, cesariem porrige. LAURUS adest.
Isthmia quem pinu, lauru quem Pythia cingunt,
Præmia sudati dona laboris habet.
Dumq; Notò citius volucrig; Cloanthe, sagittâ
Te portu condis, Laurea ferta capis.


Entel-

Entellus pulcri donatur mole iuveni,
Versat ut inflatum præcipit atq; Daren.
Quenque manet sua palma, serat quæ prælia cunque;
Et sua pro meritis quenque brabeia manent.
CUTENI, doctâ qui mente metrorq; trucidas
Barbariæ monstrum, præmia nõnne feras?
Immò fers, Laurumq; geris cum laude. Meretur
Laudem, qui Laurum carminis arte meret.



In Album
PETRI GEIERI,
Gauderani.

SI non conspirant MANUS, OS, FRONS, PECTUS: Ami-
Abnuo vel summum devoveoq; Jovem. (cum



Hispanorum & Gallorum
natura:
ex P. BERTIO.

HISPANVS præstat tacitum, Gallusq; loquacem.
Gallia vina bibit: sed aquas Hispania potat.
Ἄξιον ἔστιν Ἕσπερος: Gallo placet hospitis hospes.
Hispanus gravior, Gallusq; suavior ore.
Gallia culta, locis ævân Hispania multis.


De Paupertate.

PAUPERAS lepræ species, quæ nausea mundo.

Epitha-


Epithalamion
N. Figuli & Claræ N.

MOPSO NISA datur, quæ rot lactavit amanteis.
CLARA datur FIGULO; candida nempe nigro.
O argilla nitens! ð amabilis Ollula! verti
Debueras figuli nobiliore rotâ.



AD RUFUM.

HA, hà, hà! Latio tu rides ore Poëtas.
À, à, à! Grajo te rident ore Poëta.
Sic par, RUFUS, pari; sic ars deluditur arte.



AD D. CHRISTOPH. STEIN-
FELDIUM.

SAVFEJUS, Bitias, Sarmentus, Fronto, Sophillus;
Porcius & Bucco, Lentulus & Capito,
Marculus & RUFUS Doctor, Fungusq; Magister
(Bis - sex barbarici Sidera Zodiaci;
Puriter Aonias qua lustrant scilicet oras!)
Tortores Latii carmina nostra vocant.
TAUBMANUS contra, RHODOMANUS, & ille SIBERUS
(Quos merito Charitas dixerit Albiacas,
Et quos Argolicus stupet ac Romanus Apollo)
Cultores Latii carmina nostra vocant.
Quid te, STEINFELDI? cui parti credere credam?
Esto cuique suum CREDERE, miq; meum!

Pre-

pitha-

Propempticon
Honestiss. Virginis ac Sponsæ, M. B.
quæ Haynam migrabat,
Nuptias ibid. celebratura.

HARNENSI gallo gallinam mittimus : ova
Hæc pariat, cunas impleat & geminas.

Episodion interrogativum
in Nuptiis.

Dn. ADAMI KNAPI.

OMNIA vincit amor ; Gallus canit ille Maronis.
Spargitur in triviis : Omnia vincit amor.
Dic mihi : num quoque te, num te quoque vincet, Adame,
Prætor ut & Dominus sit CATHARINA tuus ?

Amor Similium
reciprocus.

ARDET formicam formica, cicada cicadam,
Et pinguis pinguem Phyllida Phyllis amat.

DE GUILL. BUDÆO, Halberst.
Med. Doctore CL.

Historias Patriæ suæ & Poëtas Scholæ
NEANDRINÆ typis publicis ador-
nante,

Quis

B. **Q**UIS novus hîc nostris Polyhistor surgit in oris?
BUDÆUS, medici fax meliciq; chori.
Scilicet hic veterum ruta casaq; cæcaq; rerum
Instaurat doctis enucleatq; Libris.
Quin etiam Grajo producit gutture Musam,
Ora Neandrinis quæ madefecit aquis.
Pergat is Historias & Musas ædere; Musis
Germanus frater, Historiisq; pater.

Ad SAM. GUALTHERUM,
Mag. Jenæ creatum.

ECQUID es, an non es, Samuel? Sed es ipse profecto,
Quem vidi docto cum Patre nempe tuo.
Tun' me? Sic, inquam. Quando? cum septimus ipso
Annus ab hoc anno fervida musta dabat.
Tunc, memini, specimen generosi pectoris, immò
Indolis ædebas mascula signa tuæ.
Quamq; minabaris palmam Virtutis & Artû,
Fama refert, Sophien jam tribuisse tibi.
O benè! Nam meritum qui non tibi grater honorem,
Quo fias patriæ lausq; decusq; tuæ?
Surgito: te superato tuis virtutibus: ito:
Doctrinâ - summis æmulus ito viris.
Heus! modò quem jubeo, GUALTHERE, valere Ma-
gistrum,
Fac, dicam posthac ut tibi: Doctor, have!

In Album

Val. N.

QUID Titulos Clypeosq; probem, si nuciens absit?
Quem decorat VIRTUS, Nobilis ille placet.

Quis

E

Ad

Ad CUNR. HUNDEMANUM

Poëtæ titulo auctum.

PORRIGE cæsariem, nec Cæsaris abnue fertum,
Quod meret ingenii vérq; Venusq; tui.
Non Quæ, non à Quo, sed Cui jam Laurea detur,
Æstimet, intégre qui rationis homo.
Lauriger à Bilone venit. sed CURA Poëtam
Et NATURA facit : queis decoratus abi.

Ad M. Balth. HARTUNGUM.

EUSEBIUS Grajiæq; potens, HARTUNGE, loquellæ,
Ilem Romane cura decusq; lyrae :
Adflasti nuper me divite carminis aurâ,
Orphea quæ possit quæq; ciere Linum.
Debueram contrà melicas urgere Camœnas,
Et nervos citharæ sollicitare mee.
Sed quia letifico compressus pectora motû,
Fata GODELMANI canto benigna mei ;
Fata GODELMANI, rumor quem subdolos antè
Dixerat ad manes hinc abiisse nigros,
Quiq; Palatine mihiserta Poëtica Laurûs
Ex horto Phæbi, CÆSARE dante, dedit :
Vix his sufficio verbis, quæ mitto, ligatis ;
Sumq; minor voto, dulcis Amice, tuo.

Ad MATTHÆUM ZUBERUM,

P. inter LAUREATOS primarium.

MUSARUM, ZUBERE, decus, tua Carmina miror :
Sed magis Adventum miror amoq; tuum.
Fallor ? an adspicio, spectans tua lumina, Phœbum ?
Salve, meq; tuis dicere perge metris.

Ad

Ad MART. SUESERUM,
Monasterii Walkenr. Rect.
Sponsum.

URSELLAM venator habet SUESERUS. An hoc est,
Venari lepores caprigenumq; pecus?
Scilicet his (memini) quondam juvenilis Orion
Retia tendebat per juga multa feris.
Pro caprea nunc capta bono fuit URSULA vento;
URSULA, quæ torva nil feritatis habet;
URSULA, floridior prato, formosior horto,
Mitior agnello, mollior atque croco.
I SUESERE, tuâ cum prædâ, tæg; maritum
Augeat URSELLIS URSULA facta novis.

Ad CUNR. BAVARUM,
Philos. & Prof. Lips.

QUID BAVARUM? BAVARUMne meis negle-
xero Musis?
Non ita! Sit BAVARVS pèsq; caputq; meis;
Pèsq; caputq; meis, inquam, sit versibus, atque
Inter amicitia Lumina prima micet.
Et qui non, CUNRADE, mices, quem Lipsia clarat,
Lipsia, doctorum lecta corona virum?
Te Phæbus, te Mercurius, te Pallas honestat:
Artibus hæc, Linguis iste, sed ille Metris.
Hoc scito pro fine Metri, pro fine Libelli:
Seu cano, seu taceo, tu mihi summus amor.

Æ O L O S T I C H Ω N

F I N I S.

Ad

E 2

MATT-



Matthæi GOTHII, F.

O D E

In Obitum P. MELISSI, Franci :

Comitis Pal.

Equitis aur.

Civis Rom. ac P. L.

VIXIT soluto carcere corporis,
Durisq; morbis morteq; frigidam
Finivit ad Nicrum senectam
Melleus ille cygnus, MELISSUS.

Laus magna, cultas artificis manû
Artes periti fingere Dædali.

Laus major, imos Hippocrenes
Mente bibisse catâ liquores.

Quin laus profectò maxima, nobile
Multas per oras nomen in exteras

Sparfisse gentes ; iste nomen
Sparsit ut Aonidum Smaragdus.

Phœbéa quotquot fax modò conspicit
Inter potenteis iudicii viros,

Omnes probant, Vatum leonem

Aut aquilam SCHEDIUM fuisse.

Haud ille panxit, queis hodierna plebs
Infuscat orbem, plaustra voluminum,

Quæ

Quæ plena ruris, plena fæcis
Ex penitis Bavii lacunis
Passim trahuntur. nec fuit helleo
Stultè - gravantis pectora Liberi;
Verùm Librorum, quos dicavit
Aurea postgenitis vetustas.
Non haurientem poela vocaveris
Rectè Poëtam. rectius occupat
Nomen Poëtæ, qui liquore
Pierio sapienter uti,
Musasq; callet visere sobrius.
Fumosa Bacchi prælia negligit
Regina Clejo, si qua Martis
Audet acuta movere bella.
Hinc gloriosâ conspicui Viri
Virtute nostrum pro meritis Virum
Multis honestârunt honorum
Nobilis & tituli brabéis.
Et cur Palati Cæsarei Comes.
Auro superbus divite cur Eques,
Cur municeps, inquam, Quiritûm,
Lauricomusq; fuit Poëta?
Sed heu! sed eheu! proh subitas vices!
Proh triste fatum! Siccine, siccine
Splendente famâ Stella cæli
Teutonici jaceas, MELISSE?
Quis nunc Camœnas dicet amabileis
Æquè suavis? Cui dabitur dehinc
Audire clangores Olorum
Tot liquidos Clarias per auras?
Sunt gracculotum, sunt coracum nigrûm

Quæ

E 3

Spissæ

Spissæ cohortes. ipseq; si mihi
Vineta, cædam, sunt cuculi,
Sunt & onocrotali crepantes.
Vos ò C O L U M B Æ flumen ad Albidos,
TAURMANA partû quas Charis ædidit,
Servate currum, quem videtis,
Hunc Veneris Veneremq; currus;
Dulceisq; nobis, ut fuit hætenus
Vester benignè mos, gemitus date.
Nos anseres vos ponè lentis
Passibus ac strepitû sequemur.



MATTHÆI GOTHI, F.
ELEGIA VOTIVA
pro salute

JOHANNIS-GEORGI GODELMANI,
Com. Pal. Caf.

MENS animi lymphata mei jam Phocidos undâ
Tangebatur Latia plectra sonora lyra;
Laurus & Heróam spirabat Carminis auram,
Quale Palatini promeret Ordo chori;
Nuncq; Epos hoc atque hoc atque hoc atque illud avebat
Per laudes sacri velificare fori:
Quum vixisse palàm perhiberis, JANE-GEORGI,
Nominis ac famæ splendor & aura mei.
Ista mihi vox ista ferit sic ima cerébri
Tecta, procellosus ceu juga summa Notus.

Sauciat

Sauciat & pectus, quasi fortis tenuia culter
Transadigit crebris viscera vulneribus.
Excidit è manibus subito chelys, acris & horror
Quassa repentino lubricat ossa gelu.
Fitq; Poëtificus confestim ille ignis & aestus
Pinguescens fumus pulvereusq; cinis.
Et, Suntne hæc, inquam, suntne hæc insomnia, mæstum
Vexârunt isthac quæ mihi nocte caput ?
Vipera nam vasto se proripiebat ab antro,
Attollens alto sibila colla sono.
Orâq; dum vibrat linguis inimica cruentis,
Intentat penite morsum inopinum anima.
O Polus ! ò Tellus ! ò Nereus, qui omnia prensat
Sic cecidit Juris, sic Bonitatis apex ?
Qui siphon Pietatis erat Probitatis & haustum,
Candoris stabulum, Pacis & hospitium :
Cujus se venis totum insinuârat Honestum,
Et simplex Gravitas Simplicitasq; gravi :
Qui vulgare nihil promebat mente manûq;
Bartole, sive tuâ, sive Luthere tuâ :
Cui dederat, quicquid centum sub clavibus arcæ
Servârat Memoris sobria cura Dexæ :
Qui septemgeminas ferventior hauserat Artes :
Illêne mille annos vivere dignus erat ?
Hei ! quis fallaci vitæ nunc amplius ævo
In tam spectato corpore fidat homo ?
Ingenii fidat quis nobilioribus ausis,
Si rapit hunc, illum si fera Parca rapit ?
O Caput, ò Cerebrum, dives quod gaza Librorum
Stipârat miris undique & usque Bonis !
O Mens, ò Animus, per quem sibi cæsa Pallas
Semper blandiloquo visa tenore loqui :

O Cor, ò Pectus, quorum in penetralibus altis
 Stabant infixo Fasq; Fidésq; pede !
 O Frons, ò Oculi, suérat quos ludere circum
 Et Venus & Charitum ter - speciosa Trias !
 O Os, ò Labium, quod supra & funditus infra
 Imbuit ambrosiâ & nectare dius Amor !
 O Manus, ò Digiti, quos arsit Honósq; Labésq; !
 O potuit nulla hæc restituisset Salus ?
 Talibus instabant dictis, taleisq; ciebam
 Non sine mordaci cordolio lacrimas.
 Dumq; ita longinquis angor tumeóq; querellis,
 Cæcus & in latebris tristitiæ omnis eo :
 En ! nova lingua meas subito diverberat aures,
 A primo longè quæ est aliena sono.
 Hæreo ; ludibriumq; vagæ mecum exigo Famæ ;
 Jamq;, quid hic firmet, jamq;, quid ille neget.
 Hæreo, sed rumor mox rem corroborat alter,
 Pro teste & Fidium datq; citatq; Deum.
 Littera namque volat prociùl húc è Misnide terrâ,
 HECKHELI, digitis Littera facta tuis :
 Hæc ipso ex Verò denuntiat, Omnia falsa
 Deq; GODELMANO vana fuisse meo.
 Ut vidi, ut legi, ut me merus abstulit ardor !
 Ut curas animi vox scidit illa mei !
 Aurea vox, auro non expendenda, nec ipso,
 Quod fovet in camerâ Juno superba suâ.
 Utq; anguis vernans pellem sub vepre senectam
 Exuit, ac juvenem subserit inde cutem :
 Sic mihi curarum Scyllas grandisq; Charybdes
 Hic Zephyrus flatû trusit ad ima bono.
 Nec mora : Jubilo nunc ! nunc jubilo, jubilo ! dixi.
 Jubilo nunc ! dixi. jubilo, jubilo nunc !

Sit

Sit Superis supero superi super ætheris arcū
Hoc pro servato gratia summa Viro :
Sic est, & repeto : decies deciesq; calenteis
Ex imâ fudi pectoris arce preces :
Quem penes est, ò Rex, hominum vita, annue voto,
Cuiq; favet moriens Sol oriensq; Viro,
Parce GODELMANO : lucem concede benignam,
Cernat ut ætatis lustra trecenta sua.
Quòd si stat, populi transcribere corpora Letho :
Non est, cur ideò mors tua cesset. abi.
En tibi tot vetulas, silicernia casca, per orbem,
Queis nondum licuit per sua vota mori :
Sin potius juvenile placet ver : adspice, quanta
Pravorum serpat per loca quæque seges :
Adspice, quot spicata Ceres, quot Liber alumnos
Inflet, Teutonici pondera cassa soli :
Si tamen his nec mens satiata, nec ille sat Orci
Portitor Umbriferam lintrem onerare potest :
Elige siq; reliquo quemvis è semine. solum,
Quæso, GODELMANUM mi superesse velis.
Et meritò. nam quid, quid non ego debeo, cui me
Debeo ? si tanti est tantula debito.
Astrææ soboles & cor, tu JANE - GEORGI,
Fecisti donis me meritisq; Tuum.
Nam juga dum celebris tento conscendere Pindi,
Spectoq; Leucorei Sidera docta Poli ?
Tu me pallentis famæ tristi eripis umbrâ,
Ac mentem vultû luxuriante beas.
Tu me tu ignotum numeras in classe virorum,
Qui faciunt Phœbo Pierioq; gregi.
Tu misso Daphnes folio tituloq; Poëta,
Me Divi vatem CÆSARIS esse jubes.

Quicquid id est : voti mea Vota & Fata vocavi ;
Pondus & in Fatis Vota habuere suum.

Hà Vota : hà Fata : hà volupe est nunc vivere : namque
Vivit hic ille Meus. vivit hic ille Meus.

Nunc in delitii congesto fervidus astu
Tempora lucis ago, tempora noctis ago.

Utq; unda usque profunda novæ super influit undæ,
Subsequiturq; aliam jam rota versa rotam :

Sic plausum plausus premit & vox garrula vocem,
Confercitq; animi claustra profunda mei.

Heus, qui peniculo varias depingere formas
Doctus es & vivis res animare sibris :

Pinge GOTHU pectus. Pinxisti? pinxeris hercle
Plena voluptatis gaudia, plena joci.

Et verò non ista joco mutatio digna?

Spirat adhuc hodiè, qui tumultatus herè.

Salve, magne Comes! salve, lux Saxonis aulae!

Et supera cervi secula cornigeri!

Secula cornicis supera! tot secula (verum
Res loquitur) Pietas vel tua sola meret.

At vos ò tenerum Cytheréa examen, Amores,

Ad fragrans Arabum jam properate nemus.

Inde virescentis humeris portate corollas,

Quicquid & omniferi tempora veris habent.

Et pro Saxonici vitæ saluteq; Baldi

Hunc illum nitido spargite flore locum.

Tuq; superbarum mere flos, Philometa, volucrum,

Ales cui meritò cedat & ipsa Jovis,

Millia si quando fudisti multa loquellarum,

Ædens arboreis rostra minuta comis,

Nunc quoque dulcis ama latos iterare sonores,

Ponte ipso Albiaci subsiliente vadi.

Atque

Atque suum tireli - tireli - tiritirlire tractim
Hinc in Dresdoo crispet Alauda solo.
Præterea Valles, Amnes, Collésq, supini
A capite ad calcem gaudia longa ferant.
Hanc certè pompam meruisti, JANE - GEORGI,
Et vivum ob genium, & vividum ob ingenium:
Quam voyeo; quin & laudum ut magmenta tuarum
TAUBMANI clarus ponat & addat amor.
Armet is artifices in Musica prælia nervos,
Inclitum & ore melos semper - ovante canat.
Ille canat, canat ille melismata talia, quæ altum
Sanè, nescio quid, supra hominémq, sonans:
Qualia nec letho vicinus (Livor id audi)
Ad fluvii salices emodulatur Olor.
Plectra NIENBORGI vigilenti quoque mellea nostri
Atque fide expalpent suavi - crepante metrum.
Ipsa GODELMANUM ferat Echo ad carula celi.
Fallor? an ad sonitum cor mihi molle salit?
O ita Phœbe velis, vatum pater, optime Phœbe!
Aonidum princeps, o ita Phœbe velis!



MATTHÆI

Atque

MATTHÆI GOTHI,
Fili,
CORONA LAUREA:
autoritate
Divi Imp. Romani,
RUDOLPHI II.
&
liberalitate

Magnifici ac nobiliss. Viri,
JOHANNIS-GEORGI GODELMANI,
J.C. Com. Palatini:
Electoris Sax. ad S. Cæs. Maj.
LEGATI, &c.
ipsius capiti imposita
à

FRID. TAUBMANO,
Prof. Witteb. CL.

∞ . I 5 . CIII.
IV. Non. Martii.



JOHANNES-GEORGIUS
GODELMAN, J. U. D. SA-
CRI LATERANENSIS PALATII,
AULÆ CÆSAREÆ, AC IMPERIALIS
Consistorii Comes Palatinus, & Illustrissimi Prin-
cipis ac Domini, Domini CHRISTIANI II,
Electoris Saxonæ, &c. Confiliarius,

Ornatissimo & Doctissimo Viro,
Dn. MATTHÆO GOTHO SE-
CUNDO, CHERUSCO,
Poëtæ Laureato, Salutem,

*S*apiens & provida antiquitas tanti
Poëticam fecit, ut tam Poëtæ post editum
opus, quàm Imperatores post victoriam tri-
umphare, & currû magnifico duci per orbes vo-
luerit, communeq; dignitatis insigne illis præbue-
rit, immortale illud Phæbi folium, Lauream.
Quoniam sicut ab hostibus Imperatores sanis pi-
isq; suis consiliis & deliberationibus liberant ci-
ves & subditos suos: sic etiam graves & inge-
niosi Poëtæ, dum à vitiis animos hominum avo-
cant & ad virtutis studium accendunt, civitates
eustodiunt & amplificant. In magna equidem
arti-

artium commercio, quo societas hominum continetur, elegans, venusta, & gravis carmen condendi facultas connumeratur: quæ rerum præclarè gestarum memoriam ab omni oblivionis injuriâ vindicatam seris etiam prodit posteris. Nec magnam hæc res habet admirationem, eos olim honores Poëtis fuisse habitos, qui non nisi summis viris deferrebantur. Fuit siquidem tempus, quo illi, qui studio literarum, sapientiâ & virtute præditi fuerunt, non modò vulgaria promeruerunt præmia, sed quoque à celeberrimis civitatibus certatim donati, statuis decorati, aliisque præclaris honorum titulis affecti sunt. Hinc in Romanâ Republicâ Cæsares ac Reges præmi loco Laurum concesserunt illis, qui res illorum benè gestas per totum terrarum orbem decantabant, ornabant, & posteritati notas faciebant. Quorum sanè antecessorum suorum vestigia laudabiliter prosequens Sacratissimus & Inviçitissimus Princeps ac Dominus, Dominus RUDOLPHUS II. divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatiæ, Croatia & Slavoniæ Rex, &c. Archidux Austria, &c. per semetipsum proprio motu & voluntate, me suæ hujusce potestatis participem esse volens, in numerum Sacri Palatii Comitum

clemen-

clementissimè cooptavit, mihiq; inter alia speciosissima amplissimaq; Privilegia hanc quoque singularem gratiam concessit, ut & Poëtas Laureatos facere & creare possim. Proinde & ego quoque hac nostrâ etate studiis, ingenio, excitatissima indoli, singulari iudicio & Poëtice dexteritati tuæ (quam erudita tua Poëmata, sub nominis mei auspicio edita, satis profitentur, & alii Clarissimi Viri, in primis verò omnium hujus sæculi nostri Poëtarum princeps & censor æquissimus, Dominus FRIDERICUS TAUBMANUS, amicus meus singularis, unicè mihi commendavit) favens, te MATTHÆUM GOTHUM SECUNDUM, CHERUSCUM, Laureâ Coronâ transmissâ, Poëtam Laureatum Cæsareum facio, creo, declaro & pronuncio; minimè dubitans, quin hac, quam nunc adeptus es, dignitate in DEI, Ecclesiarum, Romani Imperatoris, Rerumpublicarum, bonorumq; Virorum honorem & laudem sis usus. Imò & presentium literarum tenore in optimâ forma atque ita solenniter te coronatum esse confirmo, ac si ab ipso Divo Imperatore, RUDOLPHO SECUNDO, aut à Divis ejus Antecessoribus, Romanorum Imperatoribus ac Regibus, esses Laureæ Poëtice insignibus ac titulis insignitus: adeoq; hunc tibi honorem defero, ut ornamentis, immunitatibus, privilegiis, exemptioni-

ptionibus, favoribus, gratiis, indultis, prerogativisq; omnibus iis palam & liberè ubicunque locorum fruaris, quibus & alii in hoc dignitacis fastigium evecti ubertim gaudent & fruuntur. Quod si quis fortè invidus, importunus, vel procaci fastu vastius tumens hoc decus allatrare, carpere, ullà veratione diminuerè aut attentare ausus fuerit: is, juxta Cæsarei Privilegii mei tenorem, CÆSARÆ MAIESTATIS & totius IMPERII Sacri indignationem gravissimam & pœnam septuaginta Marcharum auri puri, cujus dimidium Fisco seu arario Cæsaris, residua verò pars injuriam passi aut passorum usibus debetur, quotiescunque contra has literas commisisse aliquid convincetur, toties omni spe veniæ sublatâ se noverit incursurum. In cujus rei publicum & evidens testimonium hoc Diploma atque Privilegium meâ manû subscripsi, Sigilloq; illo, quo in his & similibus utor, appenso muniri curavi. Actum DRESDÆ, Tricesimo die Mensis Decembris, ANNO ultimæ DEI patientiæ M. D. CII.

Johan. Georg. Godelman, D.

m. p.

In



In Lauream Poeticam
MATTHÆI GOTHII, Fili,
Cherufci.

QUÆ, GOTHÆ, perpetuo frontem tibi cingit honore,
Patri jam pridem debita Laurus erat.
Dum CHRISTUM graviter resonat CHRISTI
Ministros,
Herbam Nonno suppeditante tubam :
Sylvanus stupuit, plausumq; dedere Napææ,
Hercyniaq; colunt qui juga sacra DEI.
Immò Graja etiam Musæ cum gente Sophorum
Laude hunc vexerunt ad Jovis usque domum.
Protenus & Clio juvenem redimire volebat,
Hercyniæ Laurum si modò ferret humus.
Hinc ubi Casario sertum meditatur in horto,
Abdicat illius præmia tanta pudor.
Mî satis est, (inquit) Laurum meruisse Camæniis :
Quæ restant, Natis linquo gerenda meis.
En! patrium MATTHÆUS habet nunc munus ab ipso
CÆSARE, per dextram sed, GODLOMANE, tuam.
Qui tibi mentem agitat, venam ciet, ille secundet
Præmia; det, constans sit vigor iste diu :
Conciliétq; viros, qui te de gurgite tollant,
Sufficiant vires, & bona cepta juvent.
Proximet ingenium calo, fama occupet Orbem :
Magnatum vates nî levet aura, jacent.

F

Fide

In

*Fide tamen CHRISTO, Patriæq; sit usibus aptum
Et Vatis dignum nomine, quicquid ages.*

*LAUR. RHODOMANUS, Cheruscus,
P. C. Histor. V Vittebergæ P. P.
& Phil. Coll. DECANUS.*



QUOD BENE SIT! GOTHE, æde caput, tibi LAU-
RUS obibit

GODELMANA comas, CÆSARIS auspicio.

*Qui Pragæ ad sacrum modò Cæsara Saxonis os est,
Is, TAUBMANE, meas, dixit, obito vices.*

Ecce! otheo, Laurûq; tuos innecto capillos.

Scilicet à Musis hæc tibi Serta dari.

Ingenium atque Artes faciunt, non Laurea Vatem.

Hæc tua sunt. his tu jure Poëta clues.

Uttere jure tuo, Vatesq; adsuesce vocari,

Ac titulum meritis æquiparare suis.

Et Deus & Virtus Aquilæq; biverticis altor,

CÆSAR, & Aoniæ docta repertamanûs,

Quiq; sui memores alios fecere merendo:

Hic tibi victuro carmine sudor erunt.

Jámq; aliquid te dignum aude vernantibus annis,

Quod creet emeritis Patribus invidiam.

MENTO alii, tu MENTE prius canesce; nec audi

Dictum istud trivii: Quis sapit ante diem?

NON atate, sed ingenio doctrina paratur.

Hæc tu, GOTHE, senes visus habere dies.

Quamq; Pater meruit tuus ille, Poëtica Seiren,

Seu Grajum fingat, seu Latiale melos,

Hæc

Hæc Laurus servata tibi est. Debebat in ipsâ
Prole coronari patria canicies.

FRID. TAUBMANUS, Francus,
Poëta & Prof. V Vitteberg.

DELPHICA sic, Vates, vincit tua tempora Laurus?
Promeruit studium præmia tanta tuum.
Qui? tibi si tales JUVENI donantur honores:
Qui poterunt tandem te decorare SENEM?
Perge, GOTHE, ingenii dulcibus exponere fœtus.
Diminuent laudes sæcula nulla tuas.
Annuit adspiciens Laurum Stolbergicus Heros:
Ille GOTHUS dignè promoveatur, ait.
Promoveatur, ait. Dictum res ipsa loquetur.
Plus Comite hoc Musas nemo juvare solet.

JOH. HERMSTADIUS,
J. U. Licentiatus.

MISISTI, GOTHE, quem mihi Libellum,
Mellitum, lepidum tuum Libellum,
Cultum versibus optimis Libellum,
Legi protenus, & lubens relegi,
Ac dixi: O Heliconiæ Sorores?
O factum malè, quòd GOTHO Poëtæ
Vos non Laurea ferta nexuistis;
At missam ut video tuam CORONAM,
Exclamo: O Heliconiæ Sorores!
O factum benè, quòd GOTHO Poëtæ
Vos hæc Laurea ferta nexuistis!

HIERON. MEGISERUS, Electuræ
Sax. Historiograph. P. CÆS.

Et titulos nostri vendit Parasitus honoris.

Servile est, immò vile POETA decus.

Ex merito clarant TE Laureaserta. Creator,

Credo, Creaturam dat bonus ipse bonam.

GABR. ROLLENHAGIUS



QUòD tua Phœbéâ cingantur tempora Lauro,
Non auro, Divùm dona minor a putes?

Laurum, non aurum sua Virtus eximit ævo:

Auri, non Lauri, stâtq; caditq; vigor.

Laurum Virtuti despondet Apollo, nec aurum:

Laurum laus, aurum l'is odiosa manet.

Quisquis honore cluet Lauri redimitus: is auri

Sat vitæ potis est accumulare suæ.

Ergò capesse datam Laurum felicibus ausis:


Hac florente diù cresce, viresce DEO.

Hac benè si fueris usus: non Laurea terris,

Aurea sed calisserta parata feres.

M. JOSEPH. GOEZIUS, Siles.

Gymnasiarcha Magdæburgicus.



DAMIHI te propior verò, sine cónq; tueri,

Quo niteas frontem veris honore novi.

Nondum equidem nivibus pressâ tellure solutis

Albiaci ad plenum fluminis auxit aqua,

Et jam lauricomos Phœbéa virago capillos

Explicuit? capiti contribuitq; tuo?

Atque, ita me Musæ benè ament, insigniaserta:

Digna datu Daphnes, digna habituq; tuo:

F 3

Sic

Maëte G O T H E ingenio ! & qui penè labascit, honorem
Musarum doctis adsere carminibus.

Ne patere, ut duris vappæ Capitonibus orti
Has pergant miseris contemerare modis.

Fallor ? an & sero Daphnes è vertice Phæbus
Vult onus hoc humeris imposuisse tuis ?

M. JOH. NEUBAUERUS, Pegnissensis,
Fr. Rector Culmbacensis.



N I M I R U M nulla est via D O C T R I N Æ invia ! Vincet,
G O T H E, immod jam-jam vicit tua Musa, tuosq;
Rettulit in melius Phœbo indulgente labores.
Nam tua se plenis magis ac magis explicat alis
Fama : altum petit, & vicinis jungitur astris.

U N U M est, quod rebus præponas omnibus; U N U M,
Culta sibi placeat quo L A O D A M I O L A; & U N U M,
Culta tibi placeat quo L A O D A M I O L A : quo te
Felicem Nympha & tu Nympham dicere possis.
Vin' dicam ? L A U R U S. Res ò gratissima ! Nam quid
Te volgi trivium fecit contemnere ? L A U R U S.
Quid juga Parnasi ac dumos perrepere ? L A U R U S.
Et petere Aonides per tot discrimina ? L A U R U S.
O factum benè ! Progrediar ? Quid, G O T H E, Poëtam
Te vocat, & doctis jungit tua nomina ? L A U R U S.
O factum meliùs ! L A U R U S te dicit & ornat ;
Sed fecit, facit & faciet te C U R A Poëtam.

Ingredere, & patrios cum L A U R U in vise Penates,
G O T H E. N O V O L A U R U S S T O L B E R G A exultet honore,
Ac Pan Hercynius, fagusq; abiesq; præalta

Inclinent capita, & LAURUM paliurus adoret.

Vives, GOTHE, & te nulli FAMA eximet aeo.

HENR. GODEKENIUS, Hildesian. Saxo :
Artium Mag. & P. Cæs. ad quem affa-
bilissimè simul & graphicè Anacreon
iste TAUBMANI in Schedd. innovatis :

VATES ò Hildesine !
Qui faris examussim
Latina, Græca, Hebræa;
Qui præter hæc tot Artes,
Tot Sacra, tot Profana
Sapientiæ imbibisti ;
Quem te vocabo ? Nónne
Tripectorum & Trilinguem ?

In Primitias Poëticas
MATTHÆI GOTHI, Fil.
Cherusci.

HÆC adolescentis sunt prima PERICULA Musæ.
Notitiam Auctoris tolle ; putabo senem.
LAURUM, quâ multos ornasti huc usque Poëtas,
Hic GOTHUS ornabit, Dive RUDOLPHE, tuam.
FRID. TAUBMANUS.

In
AGONIS POETICI
Præludia
M. GOTHI F.

DUM

DUM tua perlustro juvenilis texta Camæna,
Mi GOTHE, non vanis prosequor ista sonis.
Talem se viridi Genitor præstabat in ævo,
Alter ubi Grajo carmine Nonnus erat.
Macte Patris virtute! Patris tibi gloria vernat.
Fallor? an Hercyniæ tu decus inde novum?
Sed tamen haud satis est, primos benè tendere cursûs.
Præmia, qui metam contigit, ille refert.
Et quæ fertilitas, pulcrum semel ædere fœtum?
Inceptum laus est continuare bonum.

LAURENT. RHODOMANUS,
Cheruscus.

CLL. V. V.

HENR. MEIBOMIO

&

FRID. TAUBMANO:

Professoribus Humanitatis,
S.

CASTALIDUM Pulli, Phæbi sapientis Ocelli,
MEIBOMI numeris, tuq; COLUMBE potens:
Non fieri, facilem nasci dulcemq; Poëtam,
Nonne probant Genio GOTHS uterque suo?
De Patre quid dicam? quem Pantechinea perennans
Attica plus unâ laude virere facit.
Filius in Latio palmam sitit. Illius ori
Qui Lepor eloquiî liberioris inest:
Quæ Venus in versû! qui nullo durus hiatû
Sponte suâ venâ limpidiore fluit.
Volveritis simul has Epigrammata mustea, MICAS,
Crediderim, tacito dicet uterque sinû:

F 5

Aureo-

DUM

*Aureola GOTHII (mellita melismata) MICÆ
Splendidius semper splendidiusq; micant.*

VALENT. CREMCOVIUS,
Gymnafii Magdæb. Poëta.

Super Epigrammatum

GUSTU

M. G. F.

CUI non ad gustum sunt dulcia Carmina GOTHII,
Nauseat, aut sapidam non habet ille gulam.

IDEM.

DE GOTHIS,

Patre atque Prole.

AMBIGUAM GOTHUS palmam Pater antè Poëta
Fecerat in Grajo carmine Nonniadæ.

Filius os poluit numeris, numeroſe Properti,
Atque Tibulle tuis, atque Catulle tuis.

Filius an docto doctus Patre diſidet? Immo
Laus hic Melpomenes, Pallados iſte cluet.

Idem CREMCOVIUS.

Ad M. Matthæum. GOTHUM, Sec.

P. Laureatum.

TU, quem Magnetis STOLEERGAM rebore traxti,
Me ſub Amicitia pertrahes, GOTHE, ſinum;
Gratantemq; tuis manû vtrâque amplectere Muſis.

Hoc, puto, ſufficiens cauſſa favoris erit.

Non eſt, ut dubitem, nolisve velisve, neceſſum.

AGRICOLÆ nuſquam fraus mihi viſa fuit.

Quanti te faciat, paucis enuncio verbis:

ZUBERUM GOTHO comparat ILLE ſuo.

ZUBERUS.

EPI-



EPISTOLA

quædam

L. RHODOMANI.

Excellentiss. Viro,
ingenio, doctrinâ, eloquentiâ præstanti,

DN. N. N.

J. U. Doctori:

Philologo industrio:

Domino & Amico cum observantiâ colendo.

S. *IN CHRISTO! MODESTIA*
literarum tuarum, Vir præstantissime, in
crassum errorem me induxit. Cùm enim
eodem tempore cum tuis etiam GOTHINI nostri &
N. Literas accepissem: lectis Gothanis, etiam tuas
aperio, sed nec sigillo, nec nomine prius inspecto.
Tum extenuatio, quâ uteris mirificâ, & sub-
missa amicitia petitio efficiebat, ut totum id à
N. proficisci opinarer, nec prius erratum agno-
scerem, quàm ad nomen ipsum perpetua me le-
ctio deduxisset. Ibi demum alucinationis me sup-
pudere cœpit: & hæc tacitus mecum: Proh
DEUM immortalem! Tantusne Vir tam demissè
scribit? Ad quem verò? ad rusticum Sasso-ver-
sianum, rusticis illic majoribus, patre, avo, pro-
avo, & quidem non ditissimis prognatum; nec
ita.

ita excultum, quin omnes vel mediocriter eruditos sibi anteponendos aestimet, ne dum N. illum doctissimum: in cuius Epistolâ nescio utrum Gratia an Musa potiores sibi vendicent. tam polita sermonis elegantia! tam rara ingenii suavitas! tam incredibilis denique morum humanitas hîc elucescit! Adeo verum esse vel istud exemplum confirmat: Quò quis eruditione magis excellat, eò modestius sentit de seipso & humanitatis studium illustrius testatum facit. Idcirco

Non ego laudandus: sed sunt tua pectora lacte

Et non calcata candidiora nive.

Quod ad me: tantum laudis admitto, quantum iudicio sapientum studiis illis meis tribuitur, seu, quod propius ad scopum, quantum inde fructus ad studiosam juventutem provenit.

Hic scopus ille fuit: nostrorum hæc meta laborum.

Utinam verò etiam reliqua cum Studiosis tandem communicare liceret. De quibus infra.

Jam propter studium & amorem Græcæ Poëseos locum mihi propinquiorem exoptas. Ideoq; exemplo Ulyssis Homerici me invitas, ac velut innoxia quædam Siren allectas.

Quod ad prius: Ex Literis tuis tantum mihi videor perspicere (si modo ex unguibus Leo rectè agnoscitur) in te profectum esse jam pridem ejusmodi, ut sine hac scirpeâ rate perfacile enatare queas. nisi fortè in ripâ stantis acclamatio te excita-

cita-

citatiorem facere posse videatur. Maest interim
Φιλομαθεία istā tam egregiā! teq; ipse (quando-
quidem monitore opus est) excita & promove.
Nec deerunt incentiva cū aliunde, tūm à Go-
tho nostro: in cuius capite jam olim Musæ Græ-
cæ arcem collocârunt.

De altero, quod amorem patriæ attinet, hoc
tibi repono; me nulli, nec Ulyssi ipsi concedere.
Quod exemplo interim probabo utcunque, dum
magis confirmem. Cū Stralsundam Jenā mi-
graturus, in Ericetum Bitterfeldicum evectus
essem, ubi mons Brueterorum tanquam nubes
quædam se procū ostentabat: plus vicies ad il-
lum respectabam, nec absque suspiriis. Ob quid?
rogitas. Ob Patriæ chariss. vicinitatem. Quantò
desideratiorem Patriam ipsam mihi esse putas?
Fumi ille contuitum optabat. Ego

ἰέμεν & κύκνον ὑπὸ ξυλόχοισι λιγαίνειν

Πατρίδ' & ἧς, θανέειν ἰμείρομαι.

At non minora hīc obstacula, quàm illis, inter-
veniunt. Ille quidem Calypsonem & Alcinoū
habuit, à quibus navigio, viatico, & comitibus
instrueretur. Hīc nemo est, qui saltim viam redi-
tūs monstret, ne dum adjuvet. Quid de Minervā
dicam? quæ perpetuò illi præsto fuit, & in procis
tandem subigendis operam insignem navavit.

De Lucubrationibus (quod postremum erat)
hæc subjicio: Edita

Edita sunt à me diversis tempo-
ribus & locis :

1. *Tabula novæ Græcæ Etymologiae*, Lipsiæ.
2. *Dialogus de Tyrocinis Græcæ linguæ*, Jenæ, cum *Regulis studiorum D. Chytr.*
3. *Memnonis historia Latine*, Helmstadii.
4. *Agatharchidis Æthiopica, &c. cum Memnonis Hera-
cleoticis*, Genève.
5. *Lutheri vita & Catechesis Græcolat. Carmine*, Ursellis.
6. *Interpretatio trium postremorum Q. Calabri librorum*,
Lipsiæ, cum *aureo opere D. Neandri.*
7. *Dionis Chrysostomi Libellus de Illo non capto*, conversus
& notis illustratus, Rostochii.
8. *Arionis historia Græco heroico*, Basileæ.
9. *Argonautica, Thebaica, Troica, Ilias parva, Arion,
ἀνωρύμωσ*, Lipsiæ.
10. *Palestina*, Francofurda.
11. *Theologia Christiana Græcol. carmine*, Lipsiæ.
12. *Ilfeldæ Encomion*, Francof.
13. *Historia populi DEI usque ad excidium Hierosol.* Ibid.
14. *Hymnus scholasticus ad I I I. Comites Stolb. Islebiæ*,
cum *Physicâ D. Neandri.*
15. *Βιογραφικὸν seu Vitæ meæ curriculum usque ad
annum MDC. I. C. XXC.* Vitebergæ, cum *Ger-
mano-Græciâ Crusii.*
16. *Heros Saxonicus in obitum FRID. VVILHELMI*,
Proelectoris Saxon.
17. *Genethlia Josephi Scaligeri*, Vitebergæ.
18. *In natalem Caselii*, Ibid.
19. *Hymenæus Saxonicus*, Ibid.

Præter Orationes & Carmina seorsim edita.

Non-

Nondum prodierunt:

1. Diodorus Siculus, Latine redditus, & Scholiis illustratus, à VVecheliano brevi excudetur.
2. Q. Calabri seu Smyrnaei Paralipomena cum interpretatione meâ & correctionibus, itémq; Troicis meis Francofurtæ jam sub prælo sunt.
3. Poëma Theologicum, capita doctrinae Christianae Graeco heroico complectens: quod Neander p. m. aliquoties in Gymnasio suo interpretatus est.
4. Lutherus Antichristophontes.
5. Encomion Graecæ linguæ heroico Graeco.
6. Oratio Latina, pub. Vitebergæ recitata, Lipsiæ edetur.
7. Oda Ecclesiae aliquot, metris & rythmis ad melodias German. accommodatae, Latine.
8. GERMANIS, incoata quidem, sed desperatione editionis intermissa.

Hæc, Vir consultiss. ad literas tuas, Musarum floribus redimitas & Charitum nectare imbutas, cu tō vuvî respondere habui, ut te vicissim magnifieri diligiq; & observari à me cognosceres, tuumq; erga me favorem confirmarem: quem, ubi usus exiget, Δὲ τὸ κωινὸν porro declarabis. Vale! Vitebergæ, prid. Non. IIXbr. A. C. CIO. IO. CIII.

Excell. T.

observantiss.

L. RHODOMANUS.

F I N I S.



L I P S I Æ,
Ex Officina typographica Henning
GROSII Senior. Bibliop.



Excudebat GEORGIUS LIGER.

Anno M. D C. X X.



ning



ER.



P



Pon ~~Ka~~ 404 3

ULB Halle

3

002 390 094



VD17


M.E.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Kodak
 LICENSED PRODUCT

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



...THI, F.
 ...ami-
 ...gicae
 ...UM.
 ...O-POETICA,
 ...s, puros ubi-
 ...e exhibens:
 ...adam peculiaris:
 ...a, &c.
 ...
 X X.
 ...OSIANIS.
 ...docto Viro,
 ...ae p Domi-
 ...ctori olim

